ANAGNOSTIRIO



...ud Albanum ex Winckelmannii monumentis ineditis N.º 168. — *J. Sturm Junior sc.*

ANAGNOSTIRIO

EYP

EVRIPIDIS
HECVBA

SELECTA VARIETATE LECTIONIS

ET

CONTINVA ADNOTATIONE

ILLVSTRAVIT

CHRISTOPHOR. FRIDER. AMMON

PHILOS. DOCT. ET PROF. IN LITERARVM

VNIVERS. ERLANGENSI

ERLANGAE

SVMTIBVS WOLFGANGI WALTHERI

cIↄ Iↄ CCLXXXIX

ANAGNOSTIRIO

Αρ. Βιβλίου 3348.

ANAGNOSTIRIO

ALMO PATRIAE PATRI

MVNIFICENTISSIMO LITERARVM IN TERRIS SVIS

STATORI

SERENISSIMO PRINCIPI ET DOMINO

DOMINO

CHRISTIANO FRIDERICO CAROLO ALEXANDRO

MARGGRAVIO BRANDENBVRGICO

BORVSSIAE SILESIAEQVE DVCI

BVRGGRAVIO NORIMBERGENSI VTRIVS

QVE PRINCIPATVS

REL. REL

ANAGNOSTIRIO

ANAGNOSTIRIO

Quem columen patriae diuina potentia fecit

Terrae, quem clypeum ſubſidiumque dedit,

O miti PRINCEPS hanc vultu reſpice chartam,

Quam TIBI flagranti nunc pietate dico!

Debita vota tenet, queis profecturus ad oras

Auſonias peteris, dulce iubar patriae!

Eſto diu nobis ſolamen et ancora tuta,

Lux et praeſidium ciuibus eſto diu!

Neſtoream fauſto producas ſidere vitam

PRINCEPS, aetatem tranſige ſorte bonam!

ANAGNOSTIRIO

Vt pietas habeat fulcrum, Muſaeque colantur,

Quae terras noſtras, TE moderante, beant:

Vt fora iuſtitiae diuae ſint ſancta theatra,

Floribus vt laetis terra virere queat.

O PRINCEPS diuine, ſerus terrena relinquas,

Serus diſcedas, ſerus et aſtra petas!

Nulla TVVM nomen ventura propago tacebit,

Duratura TIBI gloria templa ſtruet.

CHRISTOPHORVS FRIDERICVS AMMON

ANAGNOSTIS

PRAEFATIO

Optimo iure hucusque moniti ſunt auctorum veterum editores ab idoneis harum rerum arbitris, vt firmum in laboribus ſuis ſequerentur conſilium, quod perpetuo ante oculos haberent et quo excidere omnino nefas putarent. Quae quidem res, quamuis verum literarum ſtudium admodum promoueat, quum nihil moleſtius accidere poſſit, quam ſi in euoluendis ſcriptoribus antiquis loca intricata vel omni interpretatione deſtituta, vel notis vndique congeſtis illuſtrata, ſiue potius obſcurata deprehendamus, multum tamen, praecipue in explicandis poetis, habet difficultatis. Illi enim, qui in gratiam tironum conſcribit commentarios, boni delectus periculum erit ſubeundum: adultioribus autem qui dicat operam, non ſolum in conſtituendo textu et ſeligenda optimarum lectionum varietate, ſed in adiiciendis etiam obſeruationibus laborare debet, ne imperitiores deprimat adnotationum par-

parcitate, vel erectioris ingenii iuuenibus taedium moueat rebus tritis in medium prolatis. Quae cum ita ſint, ſubterfugiſſem omnino Hecubae illuſtrandae prouinciam, a redemtore huius editionis, viro honeſto mihi demandatam, feliciorem fabulae expoſitionem aliis relicturus, quibus ab ingenio et eruditione maiora ſubſidia eſſent parata, et quos in easdem curas incidiſſe, ſerius cognoueram. At enimuero confirmauit mentem fluctuantem et in vtramque partem labantem virorum eruditiſſimorum auctoritas, qui ſingulorum dramatum explicationem, propter magnam eorum ſuauitatem atque vtilitatem in iuniores Graecarum deliciarum amatores deriuandam, non ſolum enixe commendarunt, ſed re ipſa etiam adiuuerunt. Reuocaui itaque animum, quoad ob valetudinem aliosque labores fieri potuit, ad Euripidem, et in adornanda hac editione, de qua nunc vberius exponam, ita verſari ſtudui, vt, probabili fabulae ſcriptura conſtituta, venuſtates earumque caufas indagarem, poetam ab immeritis criminationibus vindicarem et lectoribus, adoleſcentibus in primis, diligenti interpretatione ad alia eaque maiora tractanda viam ſternerem.

Tex-

Textum, quem vocant, fabulae Euripideae, vt ex MVSGRAVII vel emendatiori adhuc BRVNCKII recenſione excudi curarem, poſt BECKII, nominis gratiſſimi Muſis, de poeta noſtra merita, mihi nullo modo perſuadere potui. Quamuis enim ex iis, quos ad manus habui, libris impreſſis, et quidem ex editione *Aldina* 1503. ex tribus, quae eam expreſſerunt, *Baſileenſibus* ab annis 1544. 1551. et 1562. et ex tragoediis STEPHANI opera ſelectis 1567. parum ſubſidii ad emaculandam Hecubam acceſſerit, quippe quas ſuperiores editores iam diligentius excuſſerant, multas tamen easque optimae frugis lectiones ſuppeditauit membranae *Vitembergenſis* et quatuor praecipue *Moſcouienſium* codicum collatio a beato ZEVNIO et MATTHAEO, digno eius ſucceſſore, inſtituta. Ponderato itaque lectionum diuerſitatis momento, hanc ego mihi ſcripſi legem in effingenda EVRIPIDIS ſcriptura, vt textum BARNÉSIANVM, fidam membranarum et editionum antiquarum lectionem repraeſentantem et hinc inde tantum mutationibus deformatam, fundamenti loco ſubiicerem: vbi a MVSGRAVIO iure aliquid innouatum et a BRVNCKIO e membranis et codice regio emen-

datum vidiſſem, id corrigerem: vbi autem virum ſagaciſſimum ingenio et emendandi calori paulo liberius indulſiſſe animaduertiſſem, ad editiones priſcas et codices *Moſcouienſes* recurrerem, quorum probabilem ſcripturam in textu repoſui. De coniecturis enim virorumque doctorum ſuſpicionibus ego hoc ſemper hucusque tuli feroque iudicium, eas in locis intricatis ac fere deſperatis, vt v. 1135. ab editoribus conſulendas, in reliquis ingenii tantum exercendi cauſa adferendas eſſe, ne auctoris menti atque ſenſui noſtras cogitationes, qua re nihil audacius concipi poteſt, ſubſtituamus. Exinde patet, mihi hoc fuiſſe propoſitum, vt vbique, ſi a melicis verſibus diſceſſeris, in quibus BRVNCKIO praeeunte forma Dorica ſtudioſius, quam in monoſtrophicis, fuerat reſtituenda, optimarum membranarum fidei obtemperarem, neque vlla editoris auctoritate in caecum obſequium me abripi paterer. In notis criticis, ab interpretatione, vt perſuadeor, merito ſeparatis, ſelectam varietatem lectionis adieci, quia alienum puto, in editionibus veterum ſcriptorum omnes librariorum et operarum aberrationes et ineptias coaceruare: diſcedendi

autem

autem rationes, pro meo iudicio, breuiter expoſui. Atque ſic hoc ſaltem mihi obtinuiſſe videor, vt, ſi ob auctum recenſionum numerum, turbatumque verſuum ordinem etiam accuſer, parabile tamen Hecubae exemplum, idque adcurate expreſſum et compluribus in locis ſaniori interpunctione emendatum, EVRIPIDIS lectoribus offerre poſſim.

In concinnando commentario ad hanc fabulam ita verſari ſtudui, vt primum quascunque difficultates breui, facili tamen explicatione leuarem, elegantias potiores notarem, et dictionum EVRIPIDIS vim ex ſuis potiſſimum, deinde etiam ex AESCHYLI, SOPHOCLISque dramatibus, quae hunc in vſum denuo perlegi, illuſtrarem. Qui hinc inde rerum notiorum adnotationes a me adſperſas eſſe queratur, id quod rarius tamen factum puto, ille perpendat, me lepido ſeculi noſtri conſultum iuiſſe mori, quo tirones iam veneres et delicias venantur et de iis inuentis ſomniant, quum ne cum aoriſtis quidem inducias fecerint, tantum abeſt, vt pacem cum iis iniiſſent. Tanta enim adhuc regnat in quibusdam Germaniae noſtrae regionibus vaſti Graecae linguae ambitus

 ignoran-

ignorantia, vt, ſi quidam, literis etiam ſacris litantes, ANACREONTIS, aut alius Lyrici poematia vel primis labiis deguſtauerint, mirum tamen quid profeciſſe ſibi videantur. Conuerti itaque, vt omnibus inſeruirem, non ea ſolum in vſus meos, quae hunc in finem iam dudum collegeram, ſed praeter BARNESIVM, HEATHIVM, REISKIVM, KINGIVM et MVSGRAVIVM etiam HENSLERVM, WEIDLINGIVM et STEINBRYCHELIVM, venerabilem ſenem, adcuratius inſpicere neceſſarium duxi, ne lectores ex hac editione ad alios interpretes ablegare cogerer. A cumulandis exemplis, quorum multa in promptu fuiſſent, et laudandis auctoribus, ſiue memorandis potius librorum titulis, quum non eiusmodi opus conſcriberem, quo eruditiſſimus literator quidam nos donauit *), ſedulo me abſtinui: quamuis enim animo iamdudum habuiſſem infixum, vt nihil molirer inepte, perſuadere tamen, vt multi ſolent editores, mihi nunquam potui, me interpretis officio defunctum eſſe, ſi nihil praeter voluminum innumerorum inſcriptiones auctorumque nomina in chartam adpinxiſſem. Quod ſi enim conſarcinare titulos, eſſet commentarios in auctores priſcos conſcribere,

*) EVRIPIDIS Tragoediae, Tomus III. ed. Lipſienſis.

re, tunc quilibet facile ſeruae memoriae homullus, prolixis librorum indicibus inſtructus, cui natura ceterum ne ſcintillam quidem ingenii dediſſet, optime critici partes explere poſſet. DOROTHEI CAMILLI verſionem latinam, ſed immutatam penitus et ad textum emendatiorem expreſſam, infirmiorum deſiderio ſatisfacturus, poſt calcem editionis paucis plagulis adieci. In excurſibus immortalem VIRGILII ſoſpitatorem imitaturus, cui cum HARLESIO, optimo praeceptore, omnia debeo, quod boni forte huic libro inſit, latius, quoad per temporis anguſtiam fieri potuit, exſpatiatus ſum in earum rerum disquiſitione, quae in notis commode vix expediri poterant.

Typothetarum vitia, niſi ipſe caecutio, pauca ineſſe huic editioni, ſi a temeraria orthographiae diuerſitate in *cum* et *quum*, *coecus* et *caecus*, aliisqûe minutiis diſceſſeris, non ſine laetitia video: honoris enim ſignificationem virorum doctorum nominibus ex more veluti faſces praeferendam, ne hoc quis operarum lapſum exiſtimet, ipſe ſtudio deleui. Quum enim hominum eruditione veraque animi celſitate eminentium tanta ſit in mente mea reuerentia, vt debita in iis colendis pietate intra pectus meum

 de

defungar, nolui in eorum commemoratione adiicere facetias, vel Romano ore plane inauditas, vel ex ridicula dignitatis opinione inuentas, bene memor aurei illius dicti, *viros literatos non ex loco et ordine ac dignitate, verum ex ingenio, doctrina et meritis colendos, et nomine cuiuspiam audito adſurgendum eſſe, non titulo et honore pronuntiato.*

Atque haec fere ſunt, de quibus iudices lectoresque beneuolos paucis admonitos velim: illi, ſi quid ſiniſtre factum, ſi quid vitii iuuenilis admiſſum eſſe viderint, comiter me redarguent et meliora docebunt, vt ſolent viri bene cordati, quibus contemtui eſt ruſticitas puerilisque laſciuia. Ego quidem in poſterum, ſi fortuna valetudoque ſiuerint, euulgandis epigrammatibus quibusdam graecis ineditis, in praeſentia autem publicanda Pentateuchi verſione graeca nondum impreſſa, de cuius pretio inter eruditos vix conſtat et cuius exemplum manu ſua ſcriptum pro ſingulari eius beneuolentia ex bibliotheca Sti Marci Veneta mihi transmiſit de VILLOISON, inſigne Galliae decus, apud viros doctos bonam gratiam inire adnitar. Scripſi Erlangae, menſe Septembri cIɔIɔccLXXXIX

ΥΠΟ-

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

ΕΚΑΒΗΣ

Μετὰ τὴν Τροίας ἅλωσιν ἄραντες οἱ Ἕλληνες, καθωρμίσθησαν ἐν τῇ ἀντιπέραν Χερρονήσῳ τῆς Θρᾴκης, ἧς Πολυμήστωρ ἦρχεν· οὗ δὴ καὶ κενοτάφιον ἔχωσαν Ἀχιλλεῖ, ἐν Τροίᾳ ταφέντι. διατρίψαντες δὲ ἐκεῖ ἡμέρας δή τινας, ἐφ' ᾧ τὰ αὐτῶν εὖ διαθήσονται, ἐπεὶ ἀναχθήσεσθαι ἔμελλον, φανὲν τὸ τοῦ Ἀχιλλέως εἴδωλον ἐπὶ τοῦ τάφου, ἐπέσχε τοὺς Ἀχαιοὺς τῆς ἀναγωγῆς, αἰτοῦν γέρας αὐτῷ δοθῆναι τὴν παῖδα Πριάμου, τὴν καὶ πρότερον κατεγγυηθεῖσαν αὐτῷ ὑπὸ τοῦ πατρός· δι' ἣν καὶ ὑπὸ Πάριδος καὶ Δηϊφόβου τοξευθεὶς ὤλωλεν, ὅτε τὰς ἐγγύας πρὸς τοῦτον πληροῦν ἔμελλε Πρίαμος. Ἕλληνες μὲν οὖν, ὧν εὖ ἔπαθον ὑπ' αὐτοῦ μεμνημένοι, καὶ τιμῶντες τὴν ἀρετὴν τοῦ ἀνδρὸς, ἐψηφίσαντο σφάξαι τὴν Πολυξένην ἐπὶ τῷ τάφῳ τοῦ ἥρωος. Ἔπεμψαν δὲ τὸν Λαέρτου Ὀδυσ-

σέα

ANAGNOSTIRIO

τέα πρὸς τὴν μητέρα αὐτῆς, Ἑκάβην, ὡς ἂν τήν τε παρθένον λάβῃ, καὶ τῷ ποικίλῳ τῶν λόγων (τοιοῦτος γὰρ ἦν ὁ ἀνὴρ) πείσῃ Ἑκάβην, μὴ δυσχερῶς σχεῖν ἐπὶ τῇ τῆς παιδὸς ἀφαιρέσει. Ἐλθὼν οὖν Ὀδυσσεὺς, τήν τε κόρην συναιρομένην εὗρεν αὐτῷ τῆς σπουδῆς, καὶ πείθουσαν τὴν μητέρα, ὡς τεθνήξεσθαι μᾶλλον αὐτῇ προσῆκον, ἢ τὸ ζῆν παρ' ἀξίαν. Σφαγείσης δὲ τῆς παρθένου, Ἑκάβη θεράπαιναν αὐτῆς ἔπεμψε παρὰ τὰς ἀκτάς· ἐφ' ᾧ ὕδωρ ἐκεῖθεν κομίσαι πρὸς λουτρὸν Πολυξένης. Εὗρε δὲ Πολύδωρον ἐκεῖ κείμενον. Ἀλοῦσαν γὰρ ὡς ἔγνω τὴν Τροίαν Πολυμήστωρ, σφάξας αὐτὸν, ἔρριψεν εἰς τὴν θάλασσαν, ὡς ἂν αὐτὸς ἔχῃ τὸν χρυσὸν, ὃν πρὸς αὐτὸν μετὰ τοῦ παιδὸς Πολυδώρου πρώην Πρίαμος ἔπεμψε λάθρα, ἐπειδὴ ἑώρα τὸ Ἴλιον πρὸς κίνδυνον ἤδη χωροῦν. Ἦν δὲ ὁ χρυσὸς οὗτος πολὺς ἄγαν, καὶ ἱκανὸς ὀρθῶσαι καὶ αὖθις τὸ γένος τοῦ Πριάμου. Ὡς οὖν τοῦτον εὗρεν ἡ δούλη κείμενον ἐπ' ἀκταῖς, ἀνελομένη, καὶ τῷ πέπλῳ εἱλίξασα, κομίζει πρὸς τὴν Ἑκάβην, καὶ ἡ τὸν τῆς Πολυξένης νεκρὸν, πρὶν ἐκκεκαλύφθαι τοῦτον, εἶναι νομίσασα, ἐπειδὴ ἔγνω Πολύδωρον, ἀθλίως τε ἔσχε, καὶ ὅπως ἀμύνηται Πολυμήστορα, μηχανᾶται τοιόνδε. κοινωσαμένη πρότερον τὴν περὶ τούτου γνώμην Ἀγαμέμνονι, πέμπει τὴν αὐτῆς δούλην ὡς Πολυμήστορα, αὐτόν τε καὶ τὰ τέκνα πρὸς ἑαυτὴν μετακαλουμένη περί τινος ἀναγκαίου πρὸς αὐτὸν

κοι-

κοινώσασθαι. ὗτος μὲν ὖν ἀγνοῶν, ὅτι Πολύδωρος εὕρηται παρὰ τὰς ἀκτὰς, καὶ ἅμα καὶ τισιν ὑποκλαπεὶς μετὰ τῶν παίδων πρὸς αὐτὴν ἀφικνεῖται. Εκάβη καὶ πρὸς αὐτὸν τῦτο χάριν ἔφη κεκληκέναι, ἵνα χρυσῦ θησαυρὲς κεκρυμμένες ὑπ᾽ αὐτῆς ἐν Ιλίῳ μηνύσῃ. εἰσάγει δὲ καὶ τῆς σκηνῆς ἔνδον εἰπῦσα, ὡς ἂν καὶ ἕτερ᾽ ἄττα αὐτῷ δώσει χρήματα, μεθ᾽ ὧν ἐξῆλθε τῆς Τροίας. ἐκέκρυπτο δὲ εἴσω πλεῖςος γυναικῶν ὄχλος· σὺν αἷς τῦτον εἰσελθόντα Εκάβη ὀφθαλμῶν τε ςερεῖ, καὶ τὰ τέκνα αὐτῦ ἀποσφάττει. δικάσαντος δὲ αὐτὲς τῦ Αγαμέμνονος ὕςερον, καὶ τῦ Πολυμήςορος πολλὰ περὶ τῆς σφαγῆς Πολυδώρυ διαπλασαμένυ, Εκάβη περιεγένετο, ἐλέγξασα αὐτὸν, ὡς τῦ χρυσῦ χάριν, καὶ ὐχ ὧν πρὔτεινε, τὸν παῖδα ἀνεῖλε, σύμψηφον σχῦσα καὶ Αγαμέμνονα.

Η μὲν σκηνὴ τῦ δράματος ὑπόκειται ἐν τῇ ἀντιπέραν τῆς Θρᾴκης Χερῤῥονήσῳ· ὁ δὲ Χορὸς συνέςηκεν ἐκ γυναικῶν αἰχμαλωτίδων Τρῳάδων, συμμαχησασῶν τῇ Εκάβῃ.

Αλλως ἐκ τῶν Πλυτάρχυ Παραλλήλων.

Πρίαμος Πολύδωρον ἐξέθετο εἰς Θρᾴκην μετὰ χρυσίυ πρὸς Πολυμήςορα τὸν γαμβρὸν, ὡς ἐγγὺς ἦν τῦ πορθεῖσθαι ἡ πόλις. Ος δὲ μετὰ τὴν ἅλωσιν ἀπέκτεινε

τὸν παῖδα, ὡς ἂν κερδήσῃ τὸν χρυσόν. Ἑκάβη δὲ ἐπὶ τοὺς τόπους παραγενομένη, καὶ σοφισαμένη, ὡς χρυσὸν δώσουσα, ἅμα ταῖς αἰχμαλωτίσι, ταῖς χερσὶν *) ἐξετύφλωσεν, ὡς Ευριπίδης ὁ Τραγῳδοποιός.

*) h. e. manibus πόρπαις armatis. *Barneſius* legit κέρκισιν, quod alienum eſſe infra demonſtrauimus. Aliud argumentum ex codice regio a *Brunckio* publicatum, vide poſt calcem huius editionis.

ANAGNOSTIRIO

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ

Ε Κ Α Β Η

ANAGNOSTIRIO

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ

ΠΟΛΥΔΩΡΟΥ ΕΙΔΩΛΟΝ

ΕΚΑΒΗ

ΧΟΡΟΣ αἰχμαλωτίδων γυναικῶν.

ΠΟΛΥΞΕΝΗ

ΟΔΥΣΣΕΥΣ

ΤΑΛΘΥΒΙΟΣ

ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ

ΠΟΛΥΜΗΣΤΟΡ

ANAGNOSTIRIO

ΠΟΛΥΔΩΡΟΥ ΕΙΔΩΛΟΝ

Ἥκω, νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας
Λιπών, ἵν᾽ Ἅιδης χωρὶς ὤκισται θεῶν,

SELECTA LECTIONVM VARIETAS

V. 1. ſeqq. Aliter diſtinguit et praefert primos huius tragoediae verſus codex Nanianus 283. ſcholiis interlinearibus et marginalibus inſtructus. Vid. *Codices graecos MSS. apud Nanios adſeruatos Bonon.* 1784. p. 479.

V. 1. Ἥκω *adſum*, non venio, vt bene demonſtrauit *Dawes* Miſc. Cr. Ed. ſec. p. 48. vocabuli poteſtatem ab interpretibus ſaepius praetermiſſam. Idem ſignificatus obtinet *Soph. Electr.* v. 1201. *Eurip. Androm.* v. 309. et 1232.

ἥκω Θέτις, λιποῦσα Νηρέως
δόμους·

qui noſtro loco adcurate reſpondet. Κευθμῶν, interprete Scholiaſta ad *Hippol.* v. 732. ἐρῆμος καὶ κεκρυμμένος τόπος καὶ πάσης ξυντυχίας ἀνθρώπων χωρὶς, denotat hic orcum obſcurosque inferorum receſſus, remotiſſimos a Deorum Olympiorum domicilio, Τάρταρον ἠερόεντα *Hom.* Il. VIII. v. 13. cum quo comparandus eſt *Virgil.* Aen. VI. v. 577. ſq. Quam vehementem ſibi haec fabula apud veteres meruerit adſenſum, docent vel verſus primi a coaeuis et ſequioribus poetis ſaepius expreſſi. Sic eos parodia luſit *Ariſtophanes* in fabula deperdita apud *Athen.* p. 112. ed. Caſaub.

ἥκω Θεαρίων, ὡς ἀρτοπώλιον λιπών·

Tragicus Romanus apud *Ciceronem* Tuſc. I. c. 16. ipſeque etiam *Virgilius* Aen. III. v. 49. ſq. in ſplendidiſſima fatorum Polydori enarratione ante oculos habuit picturam Euripideam. De prologo ceterum quae diſputauimus, videſis Excurſ. II.

Πολύδωρος, Εκάβης παῖς γεγὼς τῆς Κισσέως,
Πριάμου τε πατρός· ὅς μ᾽, ἐπεὶ Φρυγῶν πόλιν
Κίνδυνος ἔσχε δορὶ πεσεῖν Ελληνικῷ,
Δείσας ὑπεξέπεμψε Τρωϊκῆς χθονὸς,
Πολυμήστορος πρὸς δῶμα Θρηκίου ξένου,
Ὃς τὴν ἀρίστην Χερσονησίαν πλάκα
Σπείρει,

V. 4. 5. Φρυγῶν πόλιν eſſe Ilium, admonitione vix eget. Hoc tamen adnotauiſſe iuuabit, quae ab Aeſchylo in primis et Euripide ſaepius confundatur, Phrygiam Troianorumque ditionem, eas caute diſtingui ab *Homero* Il. II. v. 862. qui Phryges Troianorum ſocios fuiſſe docet, praeclara in hanc rem *Euſtathii* adnotatione illuſtratus. De Paride Graecorum telis confoſſo et de Troia Argiuorum armis diruta eandem quam v. 5. adhibet locutionem Tragicus in *Troad.* v. 868.

αὐτός τε, καὶ γῆ δορὶ πεσοῦσ᾽ Ἑλληνικῷ.

V. 6. Vtriusque praepoſitionis coniunctionem in v. ὑπεκπέμπειν quam maxime intendere ſignificationem et clandeſtinam ac furtiuam emiſſionem e terra Troiana denotare, res ipſa loquitur. Sic ὑπεξαιρεῖσθαι, *clam e medio tollere*, vſurpauit *Xenoph.* Hier. V, 2. Summam autem animi intentionem in occultando filiolo noua adiectione exprimit *Andromacha* v. 47. ſq.

ὑπεκπέμπω λάθρᾳ
Ἄλλους ἐς οἴκους, μὴ θάνῃ φοβουμένη.

V. 8. Ἀρίστην πλάκα h. e. *regionem maritimam:* reliqua enim Thraciae pars nec coelo fuit laeta, nec ſolo, eorumque, quae feruntur, maligne admodum patiens, teſte *Mela* L. II. c. 2. Quodſi igitur Homerus mentionem facit Θρήκης ἐριβώλακος Il. XX. v. 485. *Virgilius*que terrae Mauortiae a Thracibus aratae, Aen. III. 13. ſeq. Thracia intelligenda eſt Cherrhoneſus, quae Athenienſibus quondam tributaria triticum illis ſuppeditauit, abundans hoc frumenti genere. Scholiaſt.

Σπείρει, Φίλιππον λαὸν εὐθύνων δορί.
Πολὺν δὲ σὺν ἐμοὶ χρυσὸν ἐκπέμπει λάθρα
Πατὴρ, ἵν᾽, εἴ ποτ᾽ Ἰλίου τείχη πέσοι,
Τοῖς ζῶσιν εἴη παισὶ μὴ σπάνις βίου.
Νεώτατος δ᾽ ἦν Πριαμιδῶν, ὃ καί με γῆς

V. 12. pro παισὶ ſatis languide πᾶσι legendum ſuſpicabatur *Arnaldus* Miſc. Obſ. VI. T. VI. optimo iure propterea ab *Heathio* ſugillatus.]

liaſt. ad Ariſtoph. Equit. v. 262. Inclaruere praeter hanc adhuc quatuor Cherrhoneſi: *Pelopponeſia*, *Cimbrica*, *Taurica* et *Aurea* ſuper Gangem ſita.

V. 9. Δορί. De baculo pro ſceptro, eoque rurſus pro ſcipione adhibito in praeſentia diſputare nihil attinet, cum notus ſit vſus vocabuli שבט apud Ebraeos, σκῆπτρον autem pro baculo apud Graecos ſatis frequentetur. Vid. *Euripid. Androm.* v. 589. et *Iphig. Aul.* v. 311. Memoratu autem dignius eſt, bellicoſorum populorum reges haſtas pro diademate habuiſſe, teſte *Iuſtino* L. XLIII. c. 3. adeo, vt per illas iurauiſſent easque pro Diis immortalibus coluiſſent. Hoc autem ſceptrum, quod Noſtro adpellatur δορὺ, *Aeſchylo* eſt βάκτρον *Agam.* v. 210. et *Choeph.* v. 360. Inſignis eſt locus *Pauſaniae* ed. *Kuehn.* p. 795. quo de Chaeronenſibus ſcribit ſceptrum Agamemnonis, quod Ioui quondam fabricauerat Vulcanus, mira veneratione proſequentibus: τοῦτο οὖν σκῆπτρον σέβουσιν, ὀνομάζοντες δόρυ. De Thracum, quos ἱπποπόλους vocat *Homerus* Il. XIII. v. 4. equorum ſtudiis nota res eſt.

V. 13. ὃ h. e. δι᾽ ὃ *quapropter*. Sic enim h. v. explicandum puto, ſuffragante *Brunckio*, viro ſagaciſſimo ad *Phoen.* v. 885. vbi eadem locutio occurrit, poſt *Kingium* et *Muſgrauium*. Repugnat fruſtra Scholiaſtes Cod. *Barocc.* frigida interpretatione: ὃ γέγονεν αἴτιον τοῦ ἐκπεμφθῆναι με, et qui eum ſequuti ſunt, *Valckenaer* ad *Phoen.* p. 52. cum eoque

celeberr.

Ὑπεξέπεμψεν. οὔτε γὰρ φέρειν ὅπλα,
Οὔτ᾽ ἔγχος οἷός τ᾽ ἦν νέῳ βραχίονι.
Ἕως μὲν ὖν γῆς ὄρθ᾽ ἔκειθ᾽ ὁρίσματα,

Πύργοι

V. 16. Scaliger coniecerat ἐρείσματα, *fulcra* et *columina*: adſtipulante Steinbrychelio. Facile quidem et acute: ſed vix opus erit mutatione. Sollicitauit etiam verba haecce *King*, defenſa poſthaec a *Marklando* ad *Suppl.* v. 665. V. 18. οὑμὸς *Baſil.* 2. et 3.

celeberr. *Steinbrychel* in Muſ. Turic. Eodem modo, quo Polydorus, ſaluatur Sabaris, Armenii filius natu minimus, quem in montes miſit, vt Cyri impetus ibi effugeret. *Xenoph.* Cyrop. L. III. init.

V. 15. 16. *Valer. Flacc.* Arg. L. 1. v. 109. ſ.

— *faciles humeris gaudentibus arcus*
Geſtat Hylas: velit ille quidem,
ſed dextera nondum
Par oneri, clauaeque capax.

Ὁρίσματα de *columnis* regionis Troianae fines terminantibus explicat *Muſgraue.* Notum enim eſt vel ex Strabone, hunc apud veteres obtinuiſſe morem, vt regnorum limites ςήλαις ἐφορίαις (*Pollux* L. IX. c. 1.) terminarent, quas hoſtes prouinciam inuadentes, vt primum inimici animi exhiberent documentum, deiicere et euertere conſueuerunt. Quae quidem interpretatio non ſolum commodum ſuppeditare videtur ſenſum, ſed aliis etiam dramatum Euripideorum locis confirmatur *Hippol.* v. 1459. et *Androm.* v. 969. quibus vtrobique ὅρισμα de terrae finibus vſurpatur. Attamen poetae mentem hac explicatione minime tangi perſuaſum habeo: patet enim ex toto prologi habitu, tunc demum Priamum filioli vitae metuentem de Polydoro ad Polymeſtorem mittendo cogitauiſſe, vbi iam obſidione premebatur Ilium et limitum Troianorum termini erant reuulſi. Placet itaque verba poetae accipere vel de exterioribus oppidi propugnaculis, vel de caſtellis atque oppidis ditionem Troianam circumuallantibus, in quas, monente eruditiſſ. *Steinbrychelio*, illa belli tempeſtas primum deſaeuiit. Hoc ſaltem ſenſu occurrit

Πύργοι τ' ἄθραυστοι Τρωϊκῆς ἦσαν χθονὸς,
Ἕκτωρ τ' ἀδελφὸς οὑμὸς ηὐτύχει δορὶ,
Καλῶς παρ' ἀνδρὶ Θρηκὶ, πατρῴῳ ξένῳ,
Τροφαῖσιν, ὥς τις πτόρθος, ηὐξόμην τάλας
Ἐπεὶ δὲ Τροία θ', Ἕκτορός τ' ἀπόλλυται
Ψυχὴ, πατρῴα θ' ἑστία κατεσκάφη,
Αὐτὸς δὲ βωμῷ πρὸς θεοδμήτῳ πιτνεῖ,
Σφαγεὶς Ἀχιλλέως παιδὸς ἐκ μιαιφόνου,
Κτείνει με χρυσοῦ τὸν ταλαίπωρον χάριν
Ξένος πατρῷος, καὶ κτανὼν ἐς οἶδμ' ἁλὸς
Μεθῆχ', ἵν' αὐτὸς χρυσὸν ἐν δόμοις ἔχῃ.

Κεῖμαι

V. 21. Hanc lectionem iam ab *Euſtathio* ad plura Iliadis loca et a *Thoma Mag.* v. ψυχὴ comprobatam primus defendit *Valckenaer* ad Hippol. p. 167. *Brunckius* autem illam membranarum ſuarum auctoritate confirmatam in textu repoſuit. Reliquae edd. ἀπώλετο.

currit h. v. in *Iphig.* Aul. v. 952. quo Sipylus vrbs vocatur ἔρισμα Βαρβάρων, *munimentum* ſ. *caſtellum.*

V. 20. ſqq. Eadem ratione Achillem filium adoleuiſſe ait Thetis *Hom.* Il. XVIII. v. 56. ſ.

ὁ δ' ἀνέδραμεν ἔρνεϊ ἶσος
Τὸν μὲν ἐγὼ θρέψασα, φυ-
τὸν ὣς γουνῷ ἀλωῆς —

Αὐτὸς h. e. πατὴρ, quem praecedens πατρῴα requirit. De cruenta Priami caede ad ipſam aram a Neoptolemo peracta vide *Virg.* Aen. II. v. 550-559. quos ex noſtro loco adumbratos eſſe nullus dubito.

V. 25-27. Τὸν ταλαίπωρον: adauget articulus miſeriae atque calamitatis ſignificationem, vt luctuoſiſſima conditio Polydori ab impio hoſpite miſere interfecti eo triſtius exprimatur. Comparandum autem eſt cum hac Polymeſtoris perfidia immane Pygmalionis ſcelus, qui auri etiam amore occoecatus Sychaeum, germanae maritum ante aras occidit Virg. Aen. I, 342.

Κεῖμαι δ' ἐπ' ἀκταῖς, ἄλλοτ' ἐν πόντȣ σάλῳ,
Πολλοῖς διαύλοις κυμάτων φορȣ́μενος,
Ἄκλαυςος, ἄταφος· νῦν δ' ὑπὲρ μητρὸς φίλης
Ἑκάβης αἴσσω, σῶμ' ἐρημώσας ἐμὸν,
Τριταῖον ἤδη φέγγος αἰωρȣ́μενος,

Ὅσον-

V. 28. MS. P. *Muſgr.* ἐπ' ἀκτῆς. Conf. Soph. Philoct. v. 274. Sed ἀκταῖς rurſus occurrit infra v. 36. V. 31. Ἀνάσσω reponendum eſſe putat *Pierſon* ad Moerin p. 301. quod αἴσσω ceu ἄσσω et ἄττω diſyllabum ſit apud Atticos: quod quidem ſi etiam largiamur, nequimus tamen fauere coniectioni eius, quae ſenſui infert ambiguitatem, ab auditoribus vix expediendam. Sequimur itaque vulgatam lectionem, omnium membranarum conſenſu probatam.

V. 32. *Canterus* mauult αἰωρούμενον, vt referretur ad σῶμα; quae autem mutatio perinde reiicienda eſt, ac illa, cui quondam faui, coniectura, qua v. 34. pro πάρα, quod idem eſt ac πάρεςι, legendum credideram πέρᾳ.

342 - 351. Ἵν' αὐτὸς ἔχῃ, *vt ipſe ſibi haberet* h. e. vt auri mei poſſeſſionem adriperet ſibique vindicaret.

V. 30. f. Num ex theologiae gentilis praeceptis licuiſſet Polydoro, adeſſe matri, de hac quaeſtione plura diſſeremus in excurſu vltimo ad hanc fabulam. — Νῦν δ' ὑπὲρ μητρὸς φίλης αἴσσω h. e. *nunc autem repente adſum dilectae matri*, cui in ſomniis iam oblatus caedem hoſpitisque iniuriam, obſcuro licet phantaſmate, nuntiauerat. Et de hac quidem viſione nocturna, qua *ad puluinum matris*, ὑπὲρ μητρὸς, ferebatur, locum noſtrum intellexit doctiſſimus Heluetus: cui tamen interpretationi hoc obſtare videtur, quod triduum iam in ſublimi verſata fuiſſet vmbra, matris tamen conſpectum fugiens nihilque praeter ſepulturam ab ea deſiderans. Eſt itaque ſenſus verborum: *mater mea eſt cauſa repentini et ſubitanei mei ex terra prouentus.* Hoc enim ornate ſignificare v. αἴσσειν, non eſt, quod moneam.

Οσονπερ ἐν γῇ τῇδε Χερσονησίᾳ
Μήτηρ ἐμὴ δύςηνος ἐκ Τροίας πάρα.
Πάντες δ' Ἀχαιοὶ, ναῦς ἔχοντες, ἥσυχοι
Θάσσεσ', ἐπ' ἀκταῖς τῆσδε Θρηκίας χθονός.
Ο Πηλέως γὰρ παῖς, ὑπὲρ τύμβε φανεὶς,
Κατέσχ' Ἀχιλλεὺς πᾶν ςράτευμ' Ἑλληνικὸν,
Πρὸς οἶκον εὐθύνοντας ἐναλίαν πλάτην·

Αιτεῖ

V. 33. Sic *Stephan.* et *Brunck.* reliquae edd. diuiſe ὅσον περ.

V. 39. Germanam formam eſſe ἐναλίαν, vulgatae et minus Atticae lectioni εἰναλίαν longe praeferendam, poſt *Daweſium* rurſus adfirmauit *Brunckius.* Nos retinuimus membranarum lectionem, *Valckenario* obtemperantes ad Phoeniſſ. p. 6. qui vulgatam ſcripturam Batauorum codicum auctoritate roboratam ſimili modo occurrere docet.

V. 35. Ναῦς ἔχοντες, *naues,* ſiue in littus ſubductas, ſiue retinaculis adfixas, *tenent*, ad manus habent. Quam *adpellendi* alias habet poteſtatem, voc. ἔχειν, illam hic obtinere non poteſt, cum de Graecis non adpellentibus, ſed iam adpulſis ſermo ſit.

V. 37. Quae de Achille ſiue Troiae, ſiue in Sigaeo iam ſepulto et de indubitato actionis loco in hac fabula conſtituendo, excurſu Imo dicemus, ea huc transferre non lubet. Hoc autem monendum videtur, Πηλέως τύμβον eſſe tumulum inanem, vel cenotaphium, quod memoriae et honoris cauſa Achilli exſtruxerant Achaei in Cherrhoneſo Thraciae. Fuit enim ſolemnis aeui Homerici conſuetudo, vt heroibus monumenta erigerent, id quod praeter *Virg.* Aen. III. v. 304. vbi Andromacha Hectori ante Troiam condito tumulum exſtruit, ibique manibus mariti libans deprehenditur ab Aenea, commonſtrat locus diſertus *Dionyſ. Halicarn.* A. R. L. I. 54. ed. *Reiske* p. 138. μαθέτωσαν, ὅτι χωρίον μὲν ἓν τὸ δεξάμενον τὰ σώματα αὐτῶν ἦν, μνημεῖα δὲ παρὰ πολλοῖς κατεσκεύασο, δι' εὔνοιαν τῶν ἐν ὠφελείαις τισὶ δι'

B αὐτοὺς

Αιτεῖ δ' ἀδελφὴν τὴν ἐμὴν Πολυξένην
Τύμβῳ φίλον πρόσφαγμα καὶ γέρας λαβεῖν.
Καὶ τεύξεται τοῦδ', οὐδ' ἀδώρητος φίλων
Ἔσται πρὸς ἀνδρῶν· ἡ πεπρωμένη δ' ἄγει
Θανεῖν ἀδελφὴν τὴν ἐμὴν τῇδ' ἡμέρᾳ.
Δυοῖν δὲ παίδοιν δύο νεκρὼ κατόψεται
Μήτηρ, ἐμοῦ τε, τῆς τε δυστήνου κόρης.
Φανήσομαι γὰρ, ὡς τάφου τλήμων τύχω,
Δούλης ποδῶν πάροιθεν ἐν κλυδωνίῳ.
Τοὺς γὰρ κάτω σθένοντας ἐξῃτησάμην

Τύμβου

V. 44. Τῷδ' ἐμὴν ἐν ἤματι, *Brunckius* dedit ex membrana, cuius auctoritas non repudianda videtur, cum dictio venuſtius et ſignantius ſonet vulgata: attamen cum ipſo *Steinbrychelio* iudice, difficillimum ſit iudicare, quaenam lectio a poeta ſit profecta, maiorem codicum MSS. numerum ſumus ſequuti.

αὐτοὺς γενομένων, μάλιστα εἰ τοῦ γένους αὐτῶν τι περιῆν κ. τ. λ.

V. 49. f. Notiſſima eſt veterum ſuperſtitio, qua corporis inhumati animam Stygem non tranſire, ſed centum annos ſiue circa fluuium infernalem, ſiue circa corpus errare putabatur. Redit itaque ex inferis Siſyphus apud *Theognidem* et *Ouidium* Metam. L. XIII. vt corporis exſanguis ſepulturam curet. Athenodoro autem Stoico ſpecies compareret horrenda macieque confecta, quae legitima iuſta poſtulat, *Plin.* Ep. XXVII. L. VII. cuius ſtolidae opinionis ſemina ad noſtra vſque tempora propagata ſunt. In omnium ore eſt illud Archytae apud *Horat.* Od. 28. v. 23. L. I.

At tu, nauta, vagae ne parce
malignus arenae
Oſſibus et capiti inhumato
Particulam dare.

quo ex loco iam colligere eſt, eum maximum commiſiſſe ſcelus, qui mortui et naufragi in primis corpus inhumatum relinqueret.

Τύμβου κυρῆσαι, κεὶς χέρας μητρὸς πεσεῖν.
Τοὐμὸν μὲν οὖν, ὅσονπερ ἤθελον τυχεῖν,
Εσαι· γεραιᾷ δ' ἐκποδὼν χωρήσομαι
Εκάβῃ. περᾷ γὰρ ἤδ' ὑπὸ σκηνῆς πόδα
Αγαμέμνονος, Φάντασμα δειμαίνουσ' ἐμόν.
Φεῦ ὦ μῆτερ, ἥτις ἐκ τυραννικῶν δόμων
Δούλειον ἦμαρ εἶδες, ὡς πράσσεις κακῶς,
Οσονπερ εὖ ποτ'· ἀντισηκώσας δέ σε
Φθείρει θεῶν τις τῆς πάροιθ' εὐπραξίας.

V. 53. Variant libri MSS. Nonnulli enim praeferunt ὑπὸ σκηνὴν, ſuffragante Scholiaſte et *Steinbrychelio*, quaſi nunc demum ingrederetur tentorium Agamemnonis Hecuba, id quod contextui plane repugnat. Mutauit itaque ἀπό σκηνῆς primum *Kingius*, deinde etiam *Brunckius*, hancque lectionem in textu repoſuit. Longius a litterarum ductu recedit coniectio *Muſgrauiana* πρὸ σκηνῆς e. v. 59. Vulgata lectio noſtrum textum occupauit.

V. 55. Vncinis incluſit *Brunckius* Φεῦ, quaſi otioſum et extra metrum poſitum: ſed hac adpoſitione nihil frequentius apud *Euripidem*. In edd. Baſill. 2. 3. et 4. v. 58. praecedit v. 57. aperto librariorum vitio.

queret. Videat. *Heyne* in doctiſſ. obſeruat. ad *Tibull.* III. 2. v. 15.

V. 53. Περᾷ ὑπὸ σκηνῆς πόδα, *ex ipſo tentorio promouet pedem* h. e. egreditur. Perturbata enim nocturna viſione de Polyxena et Polydoro Hecuba, lamentabunda intrauerat Agamemnonis tabernaculum, vt a Caſſandra Helenoue ſomnii interpretationem percontaretur: qua ſpe cum ſe deiectam vidiſſet, quia in concione Argiuorum erat Atrides, rediit ad tentorium ſuum, ibique triſtiſſimo nuntio percellitur.

V. 57. Αντισηκώσας, docte et ornate pro ἀντισταθμήσας, *rependens*. Occurrit enim σηκὸς pro σταθμός teſte *Euſtathio* ad Hom. Od. IX. p. 349. στάθμον τινα δηλοῖ ὁ σηκὸς,

ὡς

ANAGNOSTIRIO

ΕΚΑΒΗ. Ἄγετ᾽, ὦ παῖδες, τὴν γραῦν πρὸ δόμων,
Ἄγετ᾽ ὀρθοῦσαι τὴν ὁμόδουλον,
Νῦν, Τρῳάδες, ὑμῖν, πρόσθε δ᾽ ἄνασσαν·
Λάβετε, φέρετε, πέμπετ᾽,
Ἀείρατέ μου δέμας,

Γεραι-

V. 60. finiunt *edd. Baſil.* v. νῦν, quam deleuit Kingius, membranis auctoribus, ſi fides *Muſgrauio*. Eadem ratione omiſit v. δέμας v. 63.

ὡς ἡ ἀντισήκωσις δηλοῖ, ἀντιστάθμησίς τις οὖσα. Plura de vocabuli originatione attulimus ad *Ammonium* p. 186. Eodem modo *Virg. Aen.* I. v. 238. Venus triſtem et aduerſam ſuorum fortunam compenſans laetioribus euentis, genitorem adlocuta queritur:

> Hoc equidem occaſum Troiae triſtisque ruinas
> Solabar, *fatis contraria fata rependens*.

V. 59. f. Poſtquam enunerat Polydori vmbra et in tenues diſceſſerat auras, aperta tentorii ſui ianua in ſcenam prodit Hecuba, forte Vlyſſi in ſeruitium addicta (*Troad.* v. 278.) propertereaque domicilio non ſolum ab vtraque filia, Caſſandra et Polyxena, (v. 174.) ſed ab Heleno etiam (v. 87.) ſeiuncta. Exinde progreſſura in ſubſidium vocat captiuas Troianorum puellas mulieresue, quae forte quidem iam diuiſae dominorumque imperium expertae (v. 1296.) vicinam tamen Hecubae domum ſimul tenebant. Harum brachiis innixa duci et ſuffulciri cupit regia anus, vt pedum aegerrimum tractum leuaret. Interea, dum adueniant mulieres ὁμόδουλοι, meditatur horrendam et abominatam viſionem, quae miſerrimae matri per nocturna ſilentia clare et diſtincte ſe obtulerat. Ἄγετ᾽, ὦ παῖδες: ſimili ratione a filiabus ſuffulciri cupit pater infeliciſſimus in *Oed. Col.* v. 1112.

> Ἐρείσατ᾽, ὦ παῖ, πλευρὸν ἀμφιδέξιον.

Gradationem v. 62. ſ. obuiam, quam ſiue iisdem verbis (*Suppl.* v. 275.), ſiue leuiter immutatis (*Troad.*

Γεραιᾶς χειρὸς προσλαζύμεναι·
Κἀγὼ, σκολιῷ σκίπωνι χερὸς
Διερειδομένα, σπεύσω βραδύπουν
  Ηλυσιν ἄρθρων προτιθεῖσα.

V. 65. Edd. omnes *σκίμπωνι.* Genuinam ſcripturam e membranis reduxit *Brunckius. Heſychius:* σκίπων, βακτηρία, ῥάβδος. *Etymologus:* σκίπων, παρὰ τὸ σκηρίπτω, σημαίνει τὴν βακτηρίαν. quae obſeruatio lucem adcendit *Suidae* ſub h. v. qui aliam inſuper formam, σκίπτων, in vſu fuiſſe docet: Σκίπωνος, καὶ σκίπτωνος, τοῦ ῥάβδου.

(*Troad.* v. 769.) repetiit poeta, nullus lector, harum rerum ſenſu praeditus praetermittet.

V. 65. Σκολιῷ σκίπωνι χερὸς διερειδομένα. Inhaeſeram olim propriae huius loci interpretationi, de Hecuba baculo innitente (*verſione huius dramatis theodiſca* p. 10.), quamuis inſpexiſſem Muſgrauii obſeruationem, qua docuerat, poetam non de vero ſcipione, ſed metaphorice de brachio loqui, quod, ob cubiti flexuram, ſcipionem incuruum vocaret. Cui quidem explicationi nunc eo lubentius ſubſcribo, quo aptior videtur omnibus difficultatibus tollendis locus Euripideus in *Iphig. Aul.* v. 617. ſ. quo Clytaemneſtra e curru deſcenſura adſtantes rogat iuuenes, vt brachio dato leniter eam e vehiculo demittant in terram:

Καί μοι χερὸς τις ἐνδότω στηρίγματα
Θάκους ἀπήνης ὡς ἂν ἐκλίπω καλῶς.

Quae ibi ſunt στηρίγματα χερὸς, *brachia iuuenum, quibus ſuſtentata deſilire cupit,* idem hic denotat σκόλιος σκιπὼν, *brachium Hecubae, quod ancillis innitens, ſcipionis vſum praeſtaret.* Delegit forſan poeta baculi denominationem, vt ſubſterneret notioni gracilitatem brachii Hecubae, quae curis ſeruitii macieque confecta cogitari debet. Sed nolumus argutari in examinandis poetarum ſimilitudinibus.

Ω ςεροπὰ Διὸς, ὦ σκοτία νὺξ,
Τί ποτ' ἀείρομαι ἔννυχος ὅτω
Δείμασι, Φάσμασιν; ὦ πότνια χθὼν,
Μελανοπτερύγων μᾶτερ ὀνείρων,
Ἀποπέμπομαι ἔννυχον ὄψιν,
Ἀν περὶ παιδὸς ἐμᾶ,
Τᾶ σωζομένα κατὰ Θρῄκην,
Ἀμφὶ Πολυξένης τε φίλης
Θυγατρὸς, δι' ὀνείρων εἶδον,

Ειδον

V. 69. *Scaliger* ex ingenio mutauerat αἰωροῦμαι, quam coniectionem confirmauit codex manu exaratus apud *Muſgrauium*. *Ed. Ald.* et ſequiores: ἄιρομ'. Noſtram lectionem *Kingio* iam probatam ex libris manu exaratis repoſuit *Brunkius*, quem ſecuti ſumus.

V. 75. Fluctuant in conſtituendis verſibus et vocabulis interpretes. *King.* v. ſ. Ειδον θυγατρὸς δι' ὀνείρων. *Brunck* ex codd. Ἀμφὶ Π. τ. φ. θ. δι' ὀνείρων Ειδον, φοβερὰν Οψιν, ἔμαθον, ἐδάην. quam ſcripturam, reciſis vocibus ex ſua ſententia male repetitis, vulgata multum viuidiorem putat. Nos autem, ſi metricam etiam praetermiſerimus rationem, voculas εἶδον γὰρ, edd. et MSS. auctoritate ſtabilitas iterum reponere vel propterea non veriti ſumus, quia ad impetuoſum mentis adfectum et ſingularem animi anxietatem exprimendam adprime idoneae videntur.

V. 68-76. Locus nobiliſſimus, quo muliebris timiditas et meticuloſitas, animus nocturni phantaſmatis horrore perculſus, anxiaeque matris liberorum ſaluti metuentis querelae viuidis ſane coloribus depinguntur. Ω ςεροπὰ Διός. *Sophocl. Electr.* v. 823. Διὸς κεραυνοί. Iouis enim fulgura, Noctis caliginem Solisque radios in ſubſidium vocare, et vt mala inſtantia auerruncarent, ſupplicare ſolebant veteres. Αειρομ' ἔννυχος δείμασι. O me miſeram, quae per totam noctem excruciabar ſomniis diris et abominandis! Longa enim moeſtiſſimaque

Εἶδον γὰρ φοβερὰν ὄψιν,
Ἔμαθον, ἐδάην.

Ω

V. 77. *Muſgraue* ſcribendum autumatur φανερὰν, quia multum referre putabant veteres, vtrum clare aliquid in ſomniis, an obſcure vidiſſent. Recte quidem: ſed tautologia ſubeſſet verſui, cum eandem notionem multo ornatius extuliſſet poeta addendo, ἔμαθον, ἐδάην. Accedit, quod iam a *Steinbrychelio* monitum videmus, φοβερὰν eſſe ὄψιν vix poſſe, quin eadem ſit φανερά. Videmus itaque, quale pretium ſtatuendum ſit *Heathii* mutationi, μῦθον τ' ἐδάην, quae vel in codice inuenta orationem pedeſtrem ſaperet.

ſimaque angebatur viſione, quae liberorum caedis et omnis infortunii impendentis timorem ei incuſſerat. Conferent omnino tirones cum his verſibus *Soph. Electr.* v. 410. ſſ. vbi Clytaemneſtra perterrita ἐκ δείματος τοῦ νυκτέρου, inferias ferendas curat Agamemnoni. De Terra ſomniorum matre, et de Hecubae precibus ad Tellurem, quas in enarrandis ſomniis ad Solem alias dirigere conſueuerant veteres, vide Excurſ. III.

V. 77. 78. Arbitratur Hecuba, ſe omnino habere, quod timeat vitae infantum, quum non obſcura φαντασία et fallaci, quales homines bene potos et ſatiatos deludere ſolent, ſed clara et expedita viſione per noctem exturbata ſit. Ἔμαθον, ait illa, ἐδάην: *clare et diſtincte omnia perſpexi.* Prono itaque alueo fluit ſententia, claram viſionum intuitionem, fuiſſe cotem ſiue lapidem Lydium apud veteres, ad quem in interpretando ſomnia exegiſſent. Sic ob euidentem viſionem (ὄψιν ἐναργῆ) mala futura metuit Atoſſa in *Aeſch. Perſ.* v. 179. ſ. contraque gaudet Penelope *Odyſſ.* Δ. v. 841. ὀνείρῳ ἐναργεῖ admonita de mariti ſalute, quod quidem ſomnium iam propterea amplectebatur et pro vero habebat, quia tempore opportuno, ἐν νυκτὸς ἀμολγῷ, ſe ei obtulerat. Haud itaque mirum eſt, ad communem hancce populi opinionem, quae ad ſummam adſcendebat antiquitatem, *Homerum* ſplendidiſſimum effinxiſſe commentum de

geminis

Ὦ χθόνιοι θεοὶ, σώσατε παῖδ' ἐμὸν,
Ὃς μόνος, οἴκων ἄγκυρα τ' ἐμῶν,

Τὴν

V. 80. *Reiske* emendauerat ἀγκυρ' ἄτ' ἐμῶν, *velut ancora domus meae:* ingenioſe, ſed ſenſu languente.

geminis ſomniorum portis *Odyſſ.* T. v. 562. ſ. Ab eadem vulgi ſuperſtitione repetenda etiam videtur diuiſionis ſomniorum apud Grammaticos obuiae origo, qua fallacem viſionem ὄναρ, veram autem et exploratam ὕπαρ a poetis adpellari oſtendunt. Exempla ſuppeditant interpretes ad *Ammonium*, quibus nouum addere lubet ex *Odyſſ.* XX. v. 89.

— — αὐτὰρ ἐμὸν κῆρ
Χαῖρ', ἐπεὶ οὐκ ἐφάμην ὄναρ
ἔμμεναι, ἀλλ' ὕπαρ ἤδη.

V. 79. ſſ. Trepidatum eſt ab interpretibus circa θεοὺς χθονίους, ita vt in tres potiſſimum ſententias eos traheret huius loci explicatio. Fuerunt nimirum, qui poetam vel de Diis terreſtribus, vel inferis, vel de vtrisque locutum eſſe exiſtimarent. Poſtremae ſententiae addictus fuiſſe videtur Scholiaſtes, qui iniudicatam ſaltem rem in medio relinquit hac obſeruatione: χθόνιοι, καὶ οἱ ἐπιχθόνιοι, ἤτοι οἱ ἐπάνω τῆς γῆς· τουτέστιν οἱ ἐγχώριοι, καὶ ἐντόπιοι. καὶ οἱ ὑποχθόνιοι, ἤτοι οἱ ὑποκάτω τῆς γῆς. Inferos autem Deos ab Hecuba inuocari pro vita et ſalute Polydori, probabile viſum eſt *Steinbrychelio* (*Muſ. Tur.* p. 165.) ex v. 148. et 149. de quibus infra diſpiciemus. Atque huic ſententiae patrocinari videtur, quod Hecubae, quae ſomnium fatale ex inferis emiſſum cogitare debuit, mali etiam auerruncatio a Diis infernis petenda fuiſſet. Neque poteſt negari, θεοὺς καταχθονίους, vel ὑποχθονίους, frequenti apud poetas permutatione, ſaepius adpellari χθονίους, cui rei demonſtrandae ſufficiet trias locorum ex triumuiris tragicis adlata. In *Aeſch. Perſ.* v. 630. Terra, Mercurius et Pluto vocantur χθόνιοι δαίμονες. In *Soph. Aiace* v. 832. ed. *Brunck.* Mercurius, vmbrarum ad inferos deductor, vocatur

Τὴν χιονώδη Θρήκην κατέχει,
Ξείνου πατρῴου φυλακαῖσιν.
Ἔσται τι νέον;

vocatur πομπαῖος Ἑρμῆς χθόνιος. In *Eurip. Androm.* v. 545. Pluto infernus eſt Αιδης χθόνιος. Attamen nequit contrariae ſignificationis oppoſitio, a poetis contra morem adhibitae, abolere primam poteſtatem, magna idoneorum locorum et vbique obuiorum ſilua confirmatam. Χθόνιοι, ἐπιγεῖοι. *Suidas.* Quae cum ita ſint, vt omnes euitaret difficultates, *potentes Deos magnosque* intellecturus erat doctiſſimus Helnetus. Nos autem, *Deos Thraciae tutelares* hic ſignificari, vel ex orationis contextu colligimus, qui alienum eſſe docet, ſupplicare Hecubam Diis infernis pro filii conſeruatione, quam a terreſtribus tantum atque ſuperis impetrare poterat. Sunt igitur χθόνιοι θεοὶ nulli alii, quam θεοὶ ἐγγενεῖς *Soph. Antig.* v. 199. et ἐγχώριοι *Trach.* 183. *Electr.* v. 67. Ad hos autem in primis miſſas eſſe preces a ſupplicibus, docebit *Ariſtoph. Nub.* v. 601. et *Aeſchylus* in dramate, *Septem contra Th.* v. 645. f. quibus ad Deos patrios dirigit ſupplicationes Eteocles:

— — καὶ θεοὺς γενεθλίους
Καλεῖ πατρῴας γᾶς, ἐποπτῆρας λιτῶν
Τῶν ὧν γενέσθαι.

Ος μόνος, qui ſolus adhuc ſupereſt filius, quem Priamo peperi: ſuppleatur itaque ὑπάρχων cum Scholiaſta. Οικων ἀγκυρά τ' ἐμῶν, vnicum domus meae ſolatium, in quo ſolo poſita eſt ſpes regni Troiani aliquando reparandi et redintegrandi. Vide *Helen.* v. 284. Χιονώδη Θρήκην, *niue circumfuſam*, quae eſt perpetua Thraciae adpoſitio, vt in *Androm.* v. 214. Θρήκην, χιόνι τὴν κατάῤῥυτον, niſi quod pars maritima et laetior ἐριβώλαξ audiat apud *Homerum.*

V. 83-86. Nequeunt quietem animique tranquillitatem inſtillare Hecubae preces, quibus Deos

Ηξει

Ἥξει τι μέλος γοερὸν γοεραῖς.
Οὔποτ' ἐμὰ φρὴν ὧδ' ἀλίαστος
Φρίσσει, ταρβεῖ.
Πᾶ ποτε θείαν Ἑλένου ψυχὰν
Ἢ Κασσάνδρας ἐσίδω, Τρῳάδες,
Ὥς μοι κρίνωσιν ὀνείρους;

Εἶδον

V. 88. Κασάνδραν, *King* ex membranis librarii errore corruptis, qui Helenum cum Scholiaſta priori, vita iam defunctum putabat.

V. 89. Κρίνωσ' ὀνείρους. *ed. Steph.*

Deos adierat: multo magis mens perterrita indeſinenter pauebat luctumque inſtantem praeſagiebat. Ἐστι τι νέον: ſed certe noui et improuiſi aliquid mali mihi inſtat. Ἥξει τι μέλος γ. γ. mox mihi omnibus infortuniis circumſeptae iam et oppreſſae, noua aderit carminis materia. Ornate autem μέλος dicit vocem lugentis et eiulantis poeta: μέλος γοερόν, cantus ſepulcrales, h. e. triſtes. Γόοι enim ſunt eiulatus, qui audiuntur circa ſepulcra amicorum et conſanguineorum.

V. 87 - 89. Θείαν Ἑλένου ψυχάν, Helenum artis vaticinandi peritum. Pari ratione Thebarum regina audit θεῖον Ἰοκάστης κάρα, in *Soph. Oed. Tyr.* v. 1235. Fuiſſe autem Helenum τέχνης μαντικῆς ſcientiſſimum, praeter Scholiaſten teſtatur *Homerus Il. Z.* v. 76.

Πριαμίδης Ἕλενος, οἰωνοπόλων ὄχ' ἄριστος.

Lapſus eſt Arſenius ad h. l. non immerito propterea a ſecundo Scholiaſte ſugillatus, quod Helenum tunc temporis iam vita defunctum eſſe ſcribit, propterea que θείαν filii ψυχάν ab Hecuba quaeri contendit, quum tamen vel ex *Virgilio* conſtet, eum, ducta in matrimonium Andromacha, Neoptolemi regnum occupaſſe in Epiro, *Aen.* III. v. 294. vbi omnino conferendus eſt *Heyne* in Excurſ. X. Nolim interea plane damnare Grammaticum, cum difficile

Εἶδον γὰρ βαλιὰν ἔλαφον,
Λύκου αἵμονι χαλᾷ σφαζομέναν,
Ἀπ᾽ ἐμῶν γονάτων σπασθεῖσαν ἀνάγκᾳ
Οἰκτρῶς. Καὶ τόδε δεῖμά μοι·

V. 90 - 95. Ex his verſibus, praeeunte iam eandem ſententiam *Muſgrauio*, tres heroicos conflauit *Brunckius*, quorum vltimus autem, mutato v. ἤλυθ᾽ in ἦλθ᾽ ex membranis, quinque tantum pedibus conſtat, ſi quid ſentio. Οἰκτρῶς. καὶ τόδε δεῖμα μοι ἦλθ᾽ ὑπὲρ ἄκρας. *King*. Οἰκτρῶς. καὶ μὴν καὶ τόδε δ. μ. temere, nulloque codice ſuffragante, ſolius metri cauſa.

V. 93. poſt μοι interpungit *Steinbrychel*, cum *Muſgrauio* et *Brunckio*, continuam in aliis edd. ſermonem. Incidendam eſſe orationem poſt v. μοι, poſt *Eraſmum* optumi interpretes vltro viderunt. Vulgares tamen editiones negligunt interpunctionem.

difficile ſit, variantibus harum rerum ſcriptoribus, plurimisque eorum libris deperditis, omnia ad liquidum conſtituere. De Caſſandra, ad cuius ominoſa vaticinia ſemper occaluere Troianorum aures (cfr. *Eurip. Androm.* v. 296. ſ. *Virg. Aen.* II. v. 345. ſ.), nota res eſt. Deſcribitur autem oracula effundens, paſſis flauis crinibus, viridi lauri corona ornata, varioque dei impulſu diſtorta, *Iphig. in Aul.* v. 757. ſſ. Ceterum non praetermittendus eſt a Graecarum deliciarum amatoribus, qui Caſſandram, ſpiritu diuino actam et vaticinium edentem, audire forte cupiant, locus nobiliſſimus in *Troad.* 308 - 340. E quolibet verſiculo gaudium, furor, animique diuino numine adflati, adfectus feliciſſime expreſſi emicant.

V. 90 - 93. Optume tetigit poeta ſingula ſimilitudinis puncta lepidiſſima imagine. *Vidi timidam ceruam, maculis pulchre diſtinctam et in ſinu meo latitantem: hanc lupus cruentus ſaeuiſſimo vngue ex genibus mihi auulſit, ereptamque miſerabiliter dilacerauit.* Quid feſtiuius? quid ad miſericordiam commo-

Ἤλυθ᾽ ὑπὲρ ἄκρας τύμβου κορυφᾶς
Φάντασμ᾽ Ἀχιλέος·

Ἤτει

V. 95. Vett. edd. Ἀχιλεῖ, metri cauſa. *Barneſ.* Ἀχιλλῆος.

commouendam opportunius? quid denique ad exprimendam amabilem regiae virginis pudicitiam deteſtabilemque Vlyſſis crudelitatem aptius inueniri poterat? Cedit itaque poeta noſter, in idonea oſtentorum ſomniorumque ominoſorum adumbratione eorumque ad euenta ipſa adcommodatione, neque *Homero*, qui tamen ominibus admodum praegnantibus lectores in admirationem rapit, vt duorum tantum eorumque ſplendidiſſimorum prodigiorum mentionem faciam, *Odyſſ.* XV. v. 525. ſqq. vbi Telemacho procis diriſſimam caedem imprecanti adparet:

Κίρκος, Ἀπόλλωνος ταχὺς ἄγγελος· ἐν δὲ πόδεσσι
Τίλλε πέλειαν ἔχων, κατὰ δὲ πτερὰ χεῦεν ἔραζε,
Μεσσηγὺς νηός τε καὶ αὐτοῦ Τηλεμάχοιο.

et *Odyſſ.* XIX. v. 536. ſqq. quo in ſomnio Vlyſſes riualium ceruices frangens ſub aquila repraeſentatur: neque *Xenophonti*, qui, vt Cyro fauſtam in Armenium expeditionem praenuntiaret, leporem in agro ſurgentem ab aquila corripi, raptumque in proximo colle pro lubidine deuorari iubet, *Cyrop.* L. II. c. IV. n. 14. Ἔλαφος βαλιά, eſt *cerua maculis diſtincta*. Βαλιάν, κατάστικτον, *Heſych.* Vtramque adiectionem, στικτὸς et βαλιὸς de ceruo vſurpant poetae. Iure itaque luget chorus miſeram ſortem *Philoctetae* apud *Sophoclem* v. 184. quod, hominum conſortio deſtitutus, ſolus iaceat

στικτῶν ἢ λασίων μετὰ θηρῶν.

quo in loco, vt bene monuit *Arnaldus*, in numero τῶν στικτῶν ſiue βαλίων fuiſſe videntur cerui, lynces, pardi, pantherae, tigres aliaeque, in λασίων autem ſocietate vrſi, leones lupi, apri, vulpes etc. Σφαζομένην, *mactatam*, pro ἢ ἐσφάζετο, Attica loquendi forma, vt v. 152. Ἀνάγκᾳ pro ἐν ἀνάγκῃ, *per vim*, violenter.

V. 95 - 99. Φάντασμα h. e. εἴδωλον, σκιά, *ſpectrum*, *idolum*

Ἥτει δὲ γέρας τῶν πολυμόχθων
Τινὰ Τρῳϊάδων.
Ἀπ' ἐμᾶς ἕν, ἀπ' ἐμᾶς τόδε παιδὸς
Πέμψατε, δαίμονες, ἱκετεύω.

C 3 ΧΟΡΟΣ.

lum, *vmbra*. Cum enim ex *Platonis* effato ψυχαὶ ſint φιλοσωμάτοι, viuentibus adparere credebantur manes non quidem priſtina corporis forma atque grauitate, attamen vera figura et ceu vmbrae per aerem inuolitantes. Manes autem Pelidae etiam poſt fata herois ſpeciem retinent, aureis armis induti profiliunt nauesque remanere iubent; aequor iam perarantes, v. 112. ſeqq. Ceterum patet, cum triduum iam commorata fuiſſet Argiuorum claſſis in Cherrhoneſo v. 32. f. poſt exſtructos ſtatim tumuli honores, die ſecundo adpulſus, exſtitiſſe in cenotaphio Achillis idolum, Danaosque dubios adhuc pendentes animi, quam Troadum conſecrarent diuo heroi, tertio demum die de immolanda Polyxena conſenſiſſe.

V. 99. Πέμψατε, pro ἀποπέμψατε τήνδε δυςυχίαν, *auertite*, *auerruncate hancce cala*mitatem. Δαίμονες, proprie cuſtodes mortalium, a priſtino et aureo hominum genere ſtirpem ducentes, *Heſiod.* Ἐργ. v. 121. Vide notam ad verſionem noſtram theodiſcam. Primus itaque ſignificatus, quem induit vocabulum δαίμων, fuit *Genii*, angeli tutelaris, ex qua notione fluxit poteſtas *fortunae*, *fati*, ita, vt effeminata dictione ἡ δαίμων, pro adiectionis diuerſitate ſit τύχη, *fortuna*, ſiue ſecunda, ſiue aduerſa. Confer *Bourdelotium* ad *Heliodor.* L. I. c. I. (p. 12. ed. Lipſ.) Apud poetas, et in primis in *Sophocle* et *Euripide*, δαίμονες conſtantiſſima paene ſignificatione ſunt *Dii*, cui notioni commonſtrandae locorum ſiluae inſtar, erunt *Oed.* Reg. v. 1378. δαιμόνων ἀγάλματ' ἱερά, ſanctae *Deorum* ſtatuae, et fragmentum *Auges*, dramatis Euripidei (pag. 430. T. II. ed. Lipſ.) vbi ſtuporis et vaecordiae nota inuritur ei,

Ἐρωτᾷ

ΧΟΡΟΣ. Εκάβη, σπουδῆ πρὸς σ' ἐλιάσθην,
Τὰς δεσποσύνους σκηνὰς προλιπῦσ',
Ιν' ἐκληρώθην καὶ προσετάχθην
Δέλη, πόλεως ἀπελαυνομένα
Τῆς Ιλιάδος, λόγχης αἰχμῆ,
Δοριθήρατος πρὸς Αχαιῶν·
Ουδὲν παθέων ἀποκουφίζουσ',
Αλλ' ἀγγελείας βάρος ἀραμένα
Μέγα, σοί τε γύναι κήρυξ ἀχέων.

Εν

V. 101. Baſil. Barneſ. aliaeque edd. *προλιποῦσα.*

Ερωτα δ' ὅςις μὴ θεὸν κρίνει μέγαν,
Καὶ τῶν ἁπάντων δαιμόνων ὑπέρτατον,

omnibus Diis ſuperiorem.

V. 100. ſeq. Hecubae ex Agamemnonis tentorio redeunti (v. 53.) in tabernaculum Vlyſſis, domini ſui, atque multa de nocturnae viſionis atrocitate conqueſtae, obuenit nunc chorus puellarum Troianarum, non ex tentorio Agamemnonis, vt *Preuoſtus* ſtatuerat, ſed ex contiguis ducum Achaeorum tabernaculis, quibus quaeque ſorte erat addicta. Hic omnino regiam matronam certiorem facere poterat de infortunio Polyxenae imminente, cum ob tectas, quas virgini parabant, inſidias, tum ob Atridae et Laertiadae abſentiam, qui ex Argiuorum concione ſummo mane indicta nondum reuerſi, Hecubae concilii decretum manifeſtare non poterant. Σπουδῆ ἐλιάσθην, *feſtinans adſugi.*

V. 102. Εκληρώθην, *ſorte obtigi.* Id enim eſt diſcriminis inter κληροῦσθαι et λαγχάνειν, vt hoc ſit, *ſorte aliquid obtinere*, illud *ſortem facere*, *ſortibus vti*, καθιέναι ἐις τὸν κλῆρον.

V. 107. ἀγγελίας βάρος, ornate pro ἀγγελίαν βάρυν, *grauiſſimum* h. e. moeſtiſſimum *nuntium tibi adferens.*

Ἐν γὰρ Ἀχαιῶν πλήρει ξυνόδῳ
Λέγεται δόξαι, σὴν παῖδ' Ἀχιλεῖ
Σφάγιον θέσθαι· τύμβου δ' ἐπιβὰς
Οἶσθ' ὅτι χρυσέοις ἐφάνη ξὺν ὅπλοις,
Τὰς ποντοπόρους δ' ἔσχε σχεδίας,

Λαίφη

V. 110. Vulg. omnes Ἀχιλλεῖ.

V. 112. Sic ex *Canteri* emendatione etiam *Brunckio* probata repoſuimus. Priorr. edd. ὅτε. Loco οἶσθ' praecedentis *Canterus* ἴσθι, *Reiskius* autem οἷς ὅ γε χρ. legendum ſuaſerunt.

V. 109. Πλήρης ξύνοδος, *plenus conſeſſus*, qui ἐκκλησία audit tempore pacis apud Rhetores.

V. 110. Λέγεται δόξαι, *decretum eſſe* dicitur. Eſt autem δόξαι vocabulum ſolemne de eſſatis atque decretis concionum, quae apud Athenienſes maximam partem ſic incipiebant: δέδοκται τῇ Βουλῇ καὶ τῷ Δήμῳ τῶν Ἀθηναίων, vt vel ex Demoſthene notum.

V. 111. Σφάγιον θέσθαι h. e. ποιεῖσθαι, filiam tuam *victimam fieri*, immolari. Nihil enim frequentius in *Euripide*, quam vt v. τιθέναι idem ſit, ac διορίζειν, ποιεῖν, *facere*, *reddere*, qua poteſtate vel in Hecuba ſexies occurrit. Τύμβου δ' ἐπιβὰς, *quum enim tumulum aſcendiſſet.* Particula δὲ hic αἰτιολογικῶς poſita eſt et aequipollet τῷ γὰρ, quae vocabuli facultas frequentiſſima eſt in *Homero* et apud poetas, monente *Vigero* ed. *Zeune* p. 527.

V. 113. Σχέδια, *nauicula ex trabibus tumultuaria opera connexis confecta*: hic pro naue, vt ratis apud poetas latinos. Ἔσχε pro κατέσχε, *continuit.* Λαίφη π. ε. *in quibus vela iam intenta*, inligata *erant rudentibus.* Πρότονοι ſunt funes circa vtramque partem mali expanſi, verſus proram atque puppim. Maiori cum ornatu pompoſoque verborum adparatu more ſuo Pelidae ſuper tumulo adparitionem deſcribit *Seneca*, in tragica, quam *Troades*

Λαίφη προτόνοις ἐπερειδομένας,
    Τάδε θωΰσσων·
Ποῖ δὴ Δαναοὶ, τὸν ἐμὸν τύμβον
Στέλλεσθ᾽ ἀγέραστον ἀφέντες;
Πολλῆς δ᾽ ἔριδος ξυνέπαισε κλύδων.
Δόξα δ᾽ ἐχώρει δίχ᾽ ἀν᾽ Ἑλλάνων
Στρατὸν αἰχμητὴν, τοῖς μὲν διδόναι
Τύμβῳ σφάγιον· τοῖς δ᾽ οὐχὶ δοκοῦν.

Ην

V. 118. Membranae et edd. συνέπεσε. MSS. *Brunck* ξυνέπεσε, quam formam atticam reduxit idem V. C. emendando ξυνέπαισε poſt *Muſgrauium*, cuius lectionem expreſſimus. Corruptela e praua pronuntiatione omnino orta videtur.

des inſcripſit, verborum eiaculatione v. 168-202. Coeco mugitu ibi terra fremit, ſiluae mouent capita, vaſto fragore tonat nemus, mare aeſtuat atque tellus dehiſcit in vmbrae ingentis aduentu.

V. 116. 117. Ποῖ στέλλεσθε; *quonam paratis iter?* Στέλλω, *mitto alterum*, in medio *proficiſcor*, *venio*, deque terreſtri et maritimo itinere vſurpatur. Ἀγέραστον ἀφέντες, *negligentes tumuli honores mihi debitos.* Exſtruebantur nimirum manibus arae prope ſepulcrum, atris vittis cupreſſoque ornatae, circa quas lugentes, in primis mulieres ſtabant, lamentantes et paſſis crinibus: tunc victima immolata, adferebantur inferiae, νεκύσια, cymbia ſpumantis lactis, ſanguinisque paterae. Vide *Virg. Aen.* L. III. v. 62-68. Locum noſtrum expreſſit *Ouid. Metam.* XIII. v. 445. ſ. et *Seneca* l. c. v. 191. ſeqq.

Ite, ite inertes: debitos manibus meis
Auferte honores. Soluite ingratas rates,
Per noſtra ituri maria: non paruo luit
Iras Achillis Graecia.

V. 118-121. Ξυνέπαισεν κλύδων, *inſonuit tempeſtas.* Παίειν, de fluctuum vi atque impetu littus

Ἦν δὲ τὸ μὲν σὸν σπεύδων ἀγαθὸν
Τῆς μαντιπόλου βάκχης ἀνέχων
Λέκτρ' Ἀγαμέμνων·

Τὼ

tus verberante alias obuium, pulchre hic transfertur ad ſe-rientem turbae diſſentientis impetum. Eſt autem hoc ſolemne bonis poetis, vt populi dimicantis et fluctuantis diſſidia cum fluctuum marinorum aeſtu, cum procellis atque tempeſtatibus comparent. Vid. infra v. 553. Δόξα δ' ἐχώρει δ. *ſententia proceſſit*, ornate: h. e. in duas eſt diuiſa, vt alius hanc, alius illam amplecteretur. *Virg. Aen. II.* v. 39.

Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus.

Τοῖς μὲν δοκοῦν ſc. διδόναι. Δοκοῦν enim non pendet a v. δόξε, ſed infinitiuus eſt hiſtoricus, ἔδοξε, *videbatur*. Praeualuiſſe autem eorum opinionem, qui ſanguine humano Achillis tumulum honorandum eſſe cenſerent, non eſt, quod miremur. Primum enim de ſerua tantum res agebatur, quas flocci admodum pendebant Achaei: deinde in expianda Deorum atque manium ira, adeo erant religioſi, vt ne regiae quidem Agamemnonis filiae peperciſſent.

V. 122 - 124. Ἦν δὲ μὲν σπεύδων, *tuo autem bono ſtudebat*: variis rationibus verborumque praetextibus calamitatem iſtam a filia tua auertere volebat. Conſtituit autem periphraſin verbum εἰμὶ, ſiue praeſens ſit, ſiue aliud tempus, cum participio conſtructum. Τῆς μαντιπόλου, *artis vaticinandi peritae*, Caſſandrae. Baccha autem adpellatur, quia vates ſpiritu diuino adflati, diſtorto vultu, ſpumamque effundentes diſcruciabantur, dum vaticinia emitterent, variasque in partes rapiebantur, ceu Bacchae atque inſanientes. Recte itaque Plato: ἡ μαντικὴ ἐστὶ μανικὴ. Ἀνέχων λέκτρα, *qui thalamum occupauit honorificum*: gloriae enim ſibi duxit Agamemnon, habere μαντίσσαν, tori ſociam.

D

Τὼ Θησείδα δ', ὄζω Ἀθηνῶν,
Δισσῶν μύθων ῥήτορες ἦσαν·
Γνώμῃ δὲ μιᾷ ξυνεχωρείτην,
Τὸν Ἀχιλλείου τύμβον ϛεφανοῦν
Αἵματι χλωρῷ· τὰ δὲ Κασάνδρας
Λέκτρ' οὐκ ἐφάτην τῆς Ἀχιλείας
Πρόσθεν θήσειν ποτὲ λόγχης.

Σπου-

V. 125 - 131. Τὼ Θησείδα δ', ὄζω Ἀθηνῶν, *Theſidae*, *Athenarum ſuboles.* Nomina erant *Acamus* atque *Demophon*, notante Scholiaſta ad h. l. et *Soph. Philoct.* v. 562. vbi adpellantur Θήσεως κόροι. Vterque pugnabat ante Troiam: *Homerus* autem nullam plane eorum mentionem iniicit, quia nullas ducebant militum cohortes, ſolius praedae in Ilii deuaſtatione faciundae cauſa in bellum profecti. Athenienſibus ſolus praefectus erat ὁ τακτικώτατος Meneſtheus Il. IV. v. 327. Hi Theſidae fuiſſe dicuntur, δισσῶν μύθων ῥήτορες, *duplicis conſilii auctores*, cuius diuerſitatem, quia his non erat locus, poeta nunc non perſequitur. Hic tamen fratrum diſſenſus prohibere non poterat, quo minus hac in ſententia conuenirent, γνώμῃ δὲ μιᾷ ξυνεχωρείτην, vt iuuenili ſanguine Achillis tumulus initiaretur et ornaretur. Τύμβον ϛεφανοῦν αἵματι, durius dictum videri poſſet, cum ſanguine coronari nequeat tumulus. Metaphora ducta eſt a victoribus, qui coronati incedunt. V. 129. f. Τὰ δὲ Κ. λέκτρ' οὐκ ἐφάτην πρ. θ. *non praeferendum eſſe dicebant*, τῆς Ἀχιλείας λόγχης, *haſtae Achillis:* exquiſita dictione, quae inuidiam moueret Agamemnoni. Arma fortiſſimi Pelidae comparantur cum molli Caſſandrae Agamemnoniae lecticula: quis non ſentiat vim lepidiſſimae oppoſitionis? Senſus eſt: non decet, vt in Agamemnonis gratiam ignominia adficiatur virtus Achillis.

Σπουδαὶ δὲ λόγων κατατεινομένων
Ησαν ἴσαι πως, πρὶν ὁ ποικιλόφρων,
Κόπις, ἡδυλόγος, δημοχαριστὴς,
Λαερτιάδης πείθει στρατιὰν,
Μὴ τὸν ἄριστον Δαναῶν πάντων,
Δέλων σφαγίων ἕνεκ᾽, ἀπωθεῖν,

D 2 Μηδὲ

V. 134. *Reiſke* emendaturus erat ex ingenio, δήμῳ χαριστὴς, aut δημόχαρις, inuito metro.

V. 132-137. Quamuis autem hanc tuerentur ſententiam Theſei filii, aequalia tamen adhuc erant ſermonum repugnantium momenta: ἦσαν ἴσαι σπουδαὶ λόγων. Κατατείνειν λόγον, eſt *magna contentione, magno ſtudio atque feruore aliquid dicere*. Ὁ ποικιλόφρων κόπις, eſt *pellax atque verſutus Vlyſſes*, de quo *Soph.* in *Philoct.* v. 633. ſ.

ἀλλ᾽ ἔστ, ἐκείνῳ πάντα λεκτὰ, πάντα δὲ
τολμητά.

Κόπις eſt orator, παρὰ τὸ κόπτειν τοὺς λόγους, monente Scholiaſta: quia pectus vulnerat atque aculeos relinquit in animo. Effeminata dictione, ἡ κόπις, eſt acinaces, gladius Perſicus. Sic vt Phocionem contemneret Demoſthenes, inſuſurrauit amici adſidentis auri: ἡ τῶν ἐμῶν λόγων κόπις πάρεστιν, *adeſt verborum meorum acies*, teſte *Plutarcho* in Phoc. T. IV. p. 303. ed. *Reiſke*. Δημοχαριστὴς, qui ſermonibus ſuis populi gratiam aucupatur. Μὴ τὸν ἄριστον Δαναῶν ἀπωθεῖν, *ne fortiſſimo Danaorum repulſam darent*, δούλων σφαγίων οὕνεκα, *ſeruiles propter victimas*. Sic recte vocabulorum ordinem conſtituit *Heathius*, reiecta *Canteri* conſtructione, δούλων οὕνεκα, σφαγίων ἀπωθεῖν. Centies enim vel in *Euripide* v. δοῦλος occurrit adiectiue, id quod duobus tantum *Troadum* locis confirmabo v. 507. δοῦλον πόδα, *ſeruilem pedem* et ζυγὸν δοῦλον, *iugum ſeruile* v. 673.

ANAGNOSTIRIO

Μηδέ τιν' εἰπεῖν παρὰ Περσεφόνῃ
Στάντα φθιμένων,
Ὡς ἀχάριϛοι Δαναοὶ Δαναοῖς,
Τοῖς οἰχομένοις ὑπὲρ Ἑλλήνων,
Τροίας πεδίων ἀπέβησαν.
Ἥξει δ' Ὀδυσσεὺς ὅσον οὐκ ἤδη,
Πῶλον ἀφέλξων σῶν ἀπὸ μαϛῶν,
Ἔκ τε γεραιᾶς χερὸς ὁρμήσων.

Ἀλλ'

V. 143. Arnaldus iam Ὀδυσεὺς ſcribendum iudicauit, metri cauſa.
V. 144. Sic vetuſtiſſima *Brunckii* membrana, cuius lectionem expreſſimus. Reliquae edd. μαζῶν.

V. 138 - 142. Μηδὲ τινα φθιμένων εἰπεῖν παρα Περσεφόνῃ ϛάντα, *ne quis mortuorum apud Proſerpinam adſurgeret, dicens.* Acerba eſt atque grauis ingratitudinis ſuſpicio, quam adeo apud inferos Achaeis iniici oſtendit Vlyſſes. Ὡς ἀχάριϛοι ἀπέβησαν Τρ. π. *quod ingrato animo deceſſiſſent campis Troiae*, τοῖς οἰχομένοις ὑ. Ε. erga eos, qui ſe deuouerant pro Graeciae ſalute. Οἰχομαι per euphemiſmum Ebraeis etiam frequentem, qui eodem ſenſu adhibent v. הלך, poſitum eſt pro *morior, vita decedo*, vt ὑπέρχομαι, ἀπέρχομαι et πορεύομαι, quae vocabula eadem occurrunt poteſtate.

V. 143 - 145. Ἥξει δ. Ο. *breui aderit Vlyſſes*: ὅσον οὐκ ἤδη, per Graeciſmum, *iam iam, breui tempore.* Πωλον ἀ. *abſtracturus pullum*, ornate, pro filia. Σῶν ἀπὸ μαϛῶν, *tuis a mammis.* Vulgatam lectionem μαζῶν recte exulauit *Brunckius*, vindicato rurſus atque inſtaurato diſcrimine inter voces μαζὸς et μαϛὸς intercedente, de quo optimi iam Grammatici, *Ammonius* atque *Thomas*, multa egregia praeceperunt. Obſeruarunt nimirum, vocabulum prius *proprie* tantum de viris, poſterius de feminis vſurpari. Nec *Euripides*, reſtituta in Bacchis v. 690. priſtina lectione, hanc legem vſ-

quam

ANAGNOSTIRIO

Αλλ᾽ ἴθι ναὺς, ἴθι πρὸς βωμοὺς,
Ἰζ᾽ Ἀγαμέμνονος ἱκέτις γονάτων·
Κήρυσσε θεοὺς, τούς τ᾽ Οὐρανίδας,
Τούς θ᾽ ὑπὸ γαῖαν. Ἦ γάρ σε λιταὶ
Διακωλύσουσ᾽ ὀρφανὸν εἶναι
Παιδὸς μελέας, ἢ δεῖ σ᾽ ἐπιδεῖν
Τύμβου προπετῆ, φοινισσομέναν
Αἵματι παρθένον, ἐκ χρυσοφόρου
  Δειρῆς νασμῷ μελαναυγεῖ.

V. 150. Sic edd. *Barneſ. King.* et *Muſgrauiana.* Aldinae ὀρφανὰν, improbante tamen lectionem Scholiaſta.

quam migrauit: in aliis autem ſcriptoribus, vel ipſorum, vel librariorum incuria non raro negligitur iſta differitas. Copioſius vocabuli originem illuſtrare conati ſumus ad *Ammonium* p. 174. ſ. quem vide. Ἐκ τε γεραίας χειρὸς ὁρμήσων, *erepturus eam brachio ſenili:* ἐκ χειρὸς ὁρμᾷν, *Euripidi* eſt ἀφαρπάζειν. Teneant adhuc tirones vim participii cum verbo finito conſtructi: ἥξει ἀφέλξων καὶ ὁρμήσων.

V. 146-154. Ἀλλ᾽ ἴθι ναοὺς, pro ἄπιθι πρὸς τοὺς ναοὺς, *adeas itaque templa et altaria.* Differt autem ναός atque βωμος, monente iam Scholiaſte, eo, vt in hoc fierent victimae et ſacrificia, in illo autem conſtitutae fuiſſent Deorum ſtatuae et imagines. Ἰζ᾽ ἱκέτις γονάτων Α. *amplectere ſupplex genua Agamemnonis*: multum enim huic dabatur auctoritatis propter ſummum in exercitus imperium, et quia ductu eius res gerebatur. Κήρυσσε θεοὺς τ. οὐ. cet. *Olympi atque Orci Deos voca in ſubſidium*, ad ſenſum paene illius *Virgiliani:*

Flectere ſi nequeo ſuperos, Acheronta mouebo.

Κηρύσσειν indicat altae et magnae vocis claritatem, qua κήρυκες vti ſolebant. Ἦ γάρ σε λιταὶ δ. ο. ε. *aut enim prohibebunt preces tuae, quo minus*

ΕΚΑΒ. Οἱ ἐγὼ μελέα, τί ποτ' ἀπύσω;
Ποίαν ἀχώ; ποῖον ὀδυρμόν;
Δειλαία δειλαίου γήρως,
Δουλείας τᾶς ȣ̓ τλατᾶς,
Τᾶς ȣ̓ φερτᾶς. ὤ μοί μοι.

Τίς

nus orba ſis infelicis filiae: ornate, pro ſoluta oratione, aut enim adnuent precibus tuis Achaei. Apte autem induxit Λιτὰς poeta, quia, ſecundum religioſam *Homeri* fictionem, filiae ſunt Iouis, quae iuſtas adiuuant ſupplicum preces, crudeles autem homines, qui adflictis dant repulſam, puniunt Iouem orantes, vt illis Ἄτην mittat, *Iliad.* IX. v. 498-508. Ὀρφανὸν poſitum eſt, pro ὀρφανὰν, attice: ſaepius enim de ſexu ſequiore maſculinam adhibent dictionem Attici. Vid. infra v. 592. et *Schol.* ad *Ariſtoph. Nubes* v. 53. Sic iam Homerus: κλυτὸς Ἱπποδάμεια. V. 151. ἢ δεῖ σ' ἐπιδεῖν cet. aut videre te oportet virginem enſe iugulatam in tumulo. Προπετῆ, *procidentem:* graphice. Obiicitur enim vno verbo oculis virgo, prona procumbens in terram, abſciſſo iugulo. Φοινισσομέναν, *foedatam cruore*, qui νασμῷ μελαναυγεῖ, *riuulis nigricantibus et purpureis* profluet in terram, ἐκ χρυσοφόρου δειρῆς, *ex collo* monilibus alias aureoque ornatu inſtructo, qui ceruicem ambibat. Sunt, qui locum de aureis capillis cincinnisque explicent: contorte nimis et contra linguae vſum, quo homines flauis capillis inſtructi non χρυσοκόμοι audiunt, vel χρυσοχαῖται, ſed ξάνθοι.

V. 155-159. Οἱ ἐγὼ μ. *heu me calamitoſam.* Ommiſſum eſt verbum εἰμί, ne langueſceret oratio, frequentiſſima apud Euripidem ellipſi. Ποίαν ἀχώ; exquiſite pro φωνὴν: *quam vocem iam emittam?* V. 157. Omnia ornate et ad mouendum πάθος extulit poeta. Δειλαία, miſera ſum, δειλαίου γήρως, miſeram traho ſenectam, δουλείας τ. ο. τ. dura inſuper et intolerabili ſeruitute oppreſſa. Adden-

Τίς ἀμύνει μοι; ποία γέννα;
Ποία δὲ πόλις;
Φροῦδος πρέσβυς, φροῦδοι παῖδες.
Ποίαν, ἢ ταύταν, ἢ κείναν,
Στείχω; ποῖ δ' ἥσω; ποῦ τις θεῶν,

H

V. 164. Haec eſt conſtantiſſima omnium librorum manu exaratorum, omniumque editionum ſcriptura. *Reiskius* tamen iam in ſuſpicionem traxerat loci ſinceritatem, proponendo coniecturam: ποῖ δ' ἥσω πόδα; quam lectionem editores recentiores, *Muſgraue* nimirum et *Brunckius*, non ſolum defenderunt, ſed ipſam etiam emendationem, quaſi vnice veram in textum receperunt. Sed non ſine ratione vehementior viſa eſt *Steinbrychelio* iſta medicina, quam loco noſtro admouerunt duumuiri alias acutiſſimi, quapropter certius et facilius corrigendum putat: ποῖ δ' ἵζω; *vbinam, cui ſupplex ſedebo?*

Aga-

Addenda forſan, vt compleret infortunii ſui menſuram, imminentis calamitatis expoſitio videri poſſet: ſed ſtudio hanc praeteriit Tragicus, ne ſuperfluis querelis de rebus in conſpectu omnium geſtis fatigaret aures ſpectatorum. Claudit malorum recenſum apta doloris ſignificatio: ὤ μοί μοι.

V. 160-165. Τίς ἀμύνει μοι; *quis ſuppetias mihi feret?* Ἀμύνειν proprie eſt *arcere*, *propulſare* ſc. κακόν τινος vel τινί: cum datiuo perſonae iunctum eſt *defendere*, et in medio ἀμύνεσθαι, *iniuriam a ſe propulſare*. Ποία γέννα, duplici ſenſu, ſiue, *quaenam infans?* vt Scholiaſta, ποῖον τέκνον; ſiue, *quaenam natio, quinam populus?* In vtroque ſenſu vocabulum inuenitur apud *Euripidem:* vid. infra v. 190. *Phoen.* 802. et *Troad.* 531. vbi in locis poſtremis eſt, Σπαρτῶν γέννα et Φρυγῶν γέννα. Poſterior tamen ſignificatio aptior videtur, quia ſequitur πόλις. Φροῦδος, *inanis*, ἀφανής, h. e. abiit, vita exceſſit, interiit: πρέσβυς, Priamus.

V. 163. Ποίαν στείχω, ſc. ὁδόν; *quamne viam ingrediar?*

ποῖ

Η δαιμόνων ἐπαρωγός;
Ω κάκ' ἐνεγκοῦσαι Τρῳάδες,

Ω

Agamemnoni, an deo, an daemoni? Tunc autem omnino mutandum eſſet, ποῖ δ' ἴσω; Quae nos mouerint rationes, vt vulgatam lectionem in textu relinqueremus, mutato ſolum ſpiritu, illae in promtu ſunt. Primum duriuſcula eſt mutatio v. ποῦ in πόδα, repugnante ipſa metri ratione: deinde detrahitur ſequenti praepoſitioni particula interrogatiua ποῦ, ad exprimendam Hecubae dubitationem, vbinam locorum Deum inueniret auxiliatorem, admodum neceſſaria. Quae cum ita ſint, ſatius videatur, *Muſgrauii* explicationem tueri ellipſi, ποῖ δ' ἥσω; ſc. πόδα, quam hac voce inuito textui intruſa. Bene itaque nec ſine veri ſpecie *Heathius* v. ἥσω deriuat ab ἕω, antiquo verbo, *ſedeo*, cuius media forma ἧμαι frequentior eſt. Nos ſpiritum inuertendum cenſuimus, cum explicationis facilitate, tum Scholiaſtae auctoritate permoti, qui eandem ſe lectionem inueniſſe in membranis, hac teſtatur obſeruatione: ἥσω, ὁρμήσω. ἵημι τὸ ὁρμῶ καὶ πορεύομαι, ὁ μέλλων ἥσω, καὶ ψιλοῦνται. ἵημι δὲ τὸ πέμπω, δασύνεται. Roboratam video hanc ſcripturam a *Barneſio* et magni quondam nominis Grammatico, in *Dammii Lex. Hom. et Pind.* p. 865. V. 164. et 165. Textum occupauit codicum MSS. veterumque edd. omnium ſcriptura. *Kingius*, τίς θεὸς Η δαίμων ἐς' ἐτ. olim dederat ex MS. cuius rei fides ſit penes auctorem. Veſtigia eius preſſit *Muſgraue*, addita inſuper coniectione: τίς θεὸς Η δαίμων νῦν ἔτ' ἀρωγός; quae tamen, vt Graecis auribus probetur, valde vereor. *Brunckii* membranae non interpungunt poſt δαιμόνων, quapropter in ſua editione ita locum refinxit: τίς θεῶν, Η τίς δαίμων ἐπαρωγός; Sed hoc eſt emendare ſcriptorem, non corrigere loca vitiata. V. 166. *King*, Τρωιάδες, fauente Scholiaſta.

ποῖ δ' ἥσω; *quorſum euadam?* Nulla ſubeſt huic ſententiae ταυτολογία, vt putauit *Heathius*. Ποῦ τις θ. ἢ. δ. ἐπαρωγός; vbi inter Deos maiorum, minorumue gentium quemnam inueniam malorum propulſatorem et opitulatorem?

V. 166-169. In conſtruendis verſibus prioribus agnoſce

artem

Ω κακ' ἐνεγκοῦσαι πήματ', ἀπ-
ωλέσατ', ὠλέσατ'· οὐκέτι μοι
Βίος ἀγαστὸς ἐν Φάει.
Ω τλᾶμον, ἅγησαί μοι,
Ποῦς, ἅγησαι τᾷ γεραιᾷ
Πρὸς τάνδ' αὐλάν. ὦ τέκνον, ὦ παῖ
Δυστανοτάτας ματέρος, ἔξελθ',
Εξελθ' οἴκων· ἄϊε ματέρος
Αὐδάν, ὦ τέκνον, ὡς ἴδῃς
Οἵαν, οἵαν,
Αΐω φάμαν περὶ σᾶς ψυχᾶς.

ΠΟΛ.

V. 175. Multa in praecedentibus ſollicitat temereque mutat *Kingius*, qui εἴδῃς praefert cum *Muſgrauio* et *Brunckio*.

artem poetae: quae metri cauſa repetitur ſententia, huic adfectus etiam admiſcet colorem, dum v. πήματα claudit exclamationem. Απωλέσατ', ὠλέσατε, exſtinxiſtis me, in profundiſſimam me deieciſtis perniciem. Ουκέτι μοι βίος α. ε. Φ. inuiſus adeo mihi eſt luminis adſpectus: ornate, pro vita. Simili ratione Vlyſſes domum abeundi veniam petens et a Circe repulſam ferens Od. X. v. 497.

Κλαῖον δ' ἐν λεχέεσσι καθήμενος, οὐδέ τι θυμὸς
Ηθελ' ἔτι ζώειν καὶ ὁρᾶν φάος ἠελίοιο.

V. 170 - 177. Ω τλάμων πούς, *o pes calamitoſe aegerque:* morbo enim miſeriaque confectam omnis reliquerat genuum firmitas, ita, vt titubante tantum greſſu incedere pedesque trahere poſſet. Αγησαι τᾷ γεραιᾷ, *dux ſis anui:* forma Dorica, ab ἡγέομαι, duco. Πρὸς τάνδ' αὐλάν, *ad tentorium hocce*, in quo Polyxenae erat domicilium. Num Vlyſſis ſeruitio addicta in matris fuerit tabernaculo, ita, vt nunc euocaretur ab Hecuba Agamemnonis praetorium relinquente, an cum aliis habitauerit puellis Troia-

ANAGNOSTIRIO

ΠΟΛ. Ἰὼ μᾶτερ, μᾶτερ, τί βοᾷς; τί νέον
Καρύξασ', οἴκων μ', ὥστ' ὄρνιν,
Θάμβει τῷδ' ἐξέπταξας;

EK.

V. 178. Voculam ἰὼ vncinis incluſit *Brunck*, quaſi extra verſum poſitam.

V. 179. Formam doricam καρύξασ' exhibent membranae *Brunckii*, quam recepi, cum in toto actu praeualeat Dorica dialectus.

V. 180. *Reiske* mauult τῶνδ', vt referatur ad οἴκων, ingenioſa magis mutatione, quam neceſſaria. Vulgatam tuetur Scholiaſtes.

nis, forte iam Achaeorum cuidam adſignata, nec ne, ex Euripide diiudicare non licet. Hoc tamen veri ſimilius videtur, quia is, cui addicta fuiſſet puella, ſine contentione et lite eam eripi ſibi non paſſus eſſet. Ὦ τέκνον, ὦ παῖ, en materni amoris ſignificationem: *o nata, o filia miſerrimae matris, egredere e domicilio tuo.* Propter laſſitudinem enim et rerum nuntiandarum grauitatem non ipſa filiae domum ingreditur, ſed ominoſa eam prouocat voce. Ἄϊε αὐδάν, *audi vocem*, pro ἀκούειν φωνῆς. Οἵαν, οἵαν, *quam triſtem, quam horribilem:* haec enim vocabulorum geminatio ſemper cum emphaſi eſt coniuncta. Cfr. v. 159. v. 168. v. 174. v. 185. aliosque huius fabulae. Περὶ σᾶς ψυχᾶς, *de vita tua:* ψυχὴ enim pro ζωὴ ſaepiſſime occurrit et de hominum, animalium atque plantarum vita vſurpatur.

V. 178-80. Proruit Polyxena moeſto clamore perterrita et ex domo et lecto forſan exturbata. Ἰὼ μᾶτερ, τί βοᾷς; *eheu mater, quid ſibi vult immanis iſte clamor?* Τί νέον καρύξασ' θάμβει τῷδ' οἴκων μ' ἐξέπταξας ὥστ' ὄρνιν; *Quid noui adnuntians me inopinato hoc terrore perculſam domo euolare feciſti, ceu auem?* Sic omnino loci ſenſus erit conſtituendus, repudiata illa, quam olim tuitus ſum, verſione, et qua de aue ramorum vmbra obtecta ſubitoque ex ſede ſua excuſſa, poetae ſimilitudinem eſſe dictam, temere mihi perſuaſeram. Θάμβει

ΕΚ. Ὠι μοι, τέκνον.
ΠΟΛ. Τί με δυσφημεῖς; φροίμιά μοι κακά.
ΕΚΑΒ. Αἰ, αἶ, σᾶς ψυχᾶς.
ΠΟΛ. Ἐξαύδα, μὴ κρύψῃς δαρόν.
Δειμαίνω, δειμαίνω, μᾶτερ,
Τί ποτ᾽ ἀναστένεις;
ΕΚ. Ὦ τέκνον, τέκνον μελέας ματρός.
ΠΟΛ. Τί τόδ᾽ ἀγγέλλεις;

V. 183. *Kingius* textu pro more refiсto: αἶ, αἶ, αἶ, αἶ σᾶς ψυχᾶς πέρι.

Θάμβει τῶδ᾽, voce tua moeroris aliquid nuntiante propterеaque horrorem mihi incutiente. Ἐξέπταξας, vt Scholiaſtae verbis vtar, πετασθῆναι με ἐποίησας: feciſti, vt quaſi penna ſublata volucri, ad te aduolarem.

V. 182-188. Τί με δυσφημεῖς, *quare infauſtis me adloqueris ominibus*, φροίμιά μοι κακά; *aduerſum mihi auſpicans ſermonem?* Similis eſt locus in *Phoeniſſ.* vbi Creon mala perterritus nuntii exclamatione, v. 1346.

Οἰχόμεσθ᾽. οὐκ εὐπροσώποις φροιμίοις ἀρχῇ λόγου.

V. 184. Animi dubia inter moeſtiſſimas exſpectationes pendebat Polyxena, quia praeter abruptas doloris et luctus ſignificationes nihil ediſſerebat Hecuba. Ἐξαύδα, *eloquere:* excrucias me longiori malorum imminentium occultatione. Cogitanda hic eſt filia pendens ab ore matris anxieque exſpectans Hecubae reſponſum: quae cum vultu deiecto comploſisque manibus animi manifeſtaret moeſtitiam, ſuſpenſa pergit et voce tremente, δειμαίνω, δειμαίνω, μᾶτερ, opprimor grauiſſimo metu atque dolore, niſi gemitus et planctus tui rationem mecum communicaueris. Sed matri vicinam mortem nuntiaturae verba haerent in faucibus: nullam emittere poteſt vocem, niſi nouas de miſeria filiae querelas.

ΕΚ. Σφάξαι σ' Ἀργείων κοινὰ
Συντείνει πρὸς τύμβον γνώμα
Πηλείδα, γέννα.

ΠΟΛ.

V. 189 - 191. Textum occupauit interpunctio verſuum *Brunckiana*, quae ceteris longe praeripere palmam nobis videbatur. Reliquae edd. κοινᾷ γνώμᾳ: *Reiskius* autem adſtipulante cod. *Vuitemb.* et *Steinbrychelio*, ita conſtruit hos verſus: κοινὰ γνώμα Ἀργείων συντείνει σφάξαι σε Πηλείδᾳ γέννᾳ πρὸς τύμβον. Languet autem, ſi quid ſentio, locutio πρὸς τύμβον, cum datiuo copulata. Sed vide notas.

Ω τέκνον, cet. Aptiſſimus eſt verſus ad exprimendam vtriusque Troadis calamitatem, cui plene reſpondet *Electr. Soph.* v. 121. ſ. quo Chorus luget ineffabilem luctum Electrae:

Ω παῖ, παῖ δυστανοτάτας
Ηλέκτρα ματρός.

V. 189 - 191. Admodum intricati redditi ſunt hi verſus interpretum diſſenſu. Scholiaſtes prior hoc modo conſtituit verſuum ordinem: ἡ γέννα τοῦ Πηλείδου, Neoptolemus, κοινῇ γνώμῃ τῶν Ἀργείων συντείνει, σφάξαι σε πρὸς τύμβον, patris. Sed in tota fabula non legitur, Neoptolemum in primis fuiſſe in cauſa atque incitauiſſe Achaeos, vt Polyxenam immolarent patriis manibus: nec tamen propterea negamus, eum ſanguinem Troianorum admodum ſitiiſſe, quod vel ex Virgilii Aenide notum. Mihi quidem ſenſui videtur adcommodatius, hac ratione connectere orationis compages: κοινὰ Ἀργείων γνώμα συντείνει, σφάξαι σε γέννα, πρὸς τύμβον Πηλείδου. Feſtiue omnia et ornate extulit poeta: implicata eſt et contorta ſententiae elocutio, quia explicare animi ſenſa ſemper adhuc doloris prohibebat importunitas. Cum autem exprompſiſſet, quae animum onerauerant maternum, grauiter et languida voce finit ſententiam, γέννα. Te immolari, commune vrget Achaeorum decretum, o filia!

ΠΟΛ. Οἴ μοι, μᾶτερ, πῶς φθέγγῃ
Ἀμέγαρτα κακῶν;
Μάνυσόν μοι, μάνυσόν μοι, μᾶτερ.
ΕΚ. Αὐδῶ, παῖ, δυσφήμους φάμας·
Ἀγγέλλουσ' Ἀργείων δόξαι
Ψήφῳ τᾶς σᾶς περί μοι ψυχᾶς.
ΠΟΛ. Ω δεινὰ παθοῦσ', ὦ παντλάμων,

V. 198. Sic *Brunckius*, ne ſolueretur Anapaeſtorum nexus praua, ſed in omnibus tamen codicibus et editis obuia ſcriptura, παντλᾶμον. Noſtram

V. 192-97. Οἴ μοι μᾶτερ, *eheu mater, quam intolerabilia mihi nuntias mala!* Ἀμέγαρτα κακῶν, non ſunt ἀφθόνητα, vt male putauerat Scholiaſtes, ſed ea, quae cum maxima ferimus moleſtia. Docet hoc iam etymologia vocabuli, εἰς μέγα αἴρομαι, cum α intenſiuo compoſiti. *Heſiod.* Theog. v. 366.

— μάχην δ' ἀμέγαρτον ἔγειρον,
arduam excitauere pugnam.

Adparet ex hoc loco, quod iam ſupra adnotauimus, orationem Hecubae dolore impeditae ita fuiſſe obſcuram, vt Polyxena nonniſi de immolatione quadam ad Achillis tumulum cogitaret, nihilque praeterea intellexiſſet, neſcia, ſe poſci victimam. Plura itaque edoceri cupit a matre: μάνυσόν μοι, μ. μ. μᾶτερ. Quapropter Hecuba diſertius nunc ſuam explicat mentem, eandem rem clarioribus verbis deſignans. V. 195. Αὐδῶ, παῖ, δυσφήμους φάμας, peruenit ad aures meas fama, deteſtabilis exitii plena. Nuntiatur nimirum, decretum eſſe Achaeorum ſententia, τᾶς σᾶς περί μοι ψυχᾶς, te *mihi* ereptam interficere. Notent tirones, v. μοι melius explicari de datiuo commodi, quam ad remotius v. ἀγγέλλουσ' trahi.

V. 198-203. Mira animi celſitate non ſe ſuamque calamitatem,

Ω δυσαίνου μᾶτερ βιοτᾶς
Οιαν, οἵαν αὖ σοι λώβαν ἐχθίσαν,
Αῤῥήταν τ᾽ ὦρσέ τις δαίμων;
Ουκέτι σοι παῖς ἅδ᾽· ἐκέτι δὴ
Γήρᾳ δειλαίῳ δειλαία συνδουλεύσω.

Σκύμνον

Noſtram lectionem etiam commendat Scholiaſtes. Credideram olim, interpungendum eſſe poſt παντλάμων, totumque verſum referendum eſſe ad filiam, quae κακὰ δεινώτατα erat perpeſſura: nunc autem probe intelligo, id, quo minus fieri poſſit, cum omiſſum prohibere pronomen perſonale ἐγὼ, tum in primis v. 213. quo ſe ſuam non deflere perniciem diſerte teſtatur generoſa virgo.

V. 200. v. ἐχθίσαν eliminandam cenſet Scholiaſtes, cui *Kingius* inſuper addit copulam τε.

V. 203. *King.* repoſuit συμβουλεύσω, quod *conſilio* eſt adiuuare. non *miniſterio*, monente Heathio. Vid. nota.

mitatem, ſed matris omni ſolatio et auxilio orbatae miſeriam, deplorat regia virgo. *O tu*, *quae infeſtiſſimas fortunae plagas perpeſſa es*, *genetrix*, *quam inimicam et ineffabilem noxam tibi excitauit Deus quispiam!* Voc. ἀῤῥήτον bene illuſtrauit *Weidling*. Primum denotat rem longo ſilentio ſepultam et indictam, tum id, quod nulla dicendi facultate enarrari et exprimi poteſt, quae vocabuli poteſtas etiam hic obtinet: deinde, quod vel ob periculum et turpitudinem, vel ob dignitatem rei non promulgari, ſed ſancte celari debet. Sic Proſerpina *Helen.* v. 1323. eſt ἄῤῥητος κούρα, non nominanda, h. e. *veneranda*. V. 202. Ουκ ἔτι σοι παῖς ἅδ᾽. *non tibi amplius erit filia tua: vi eam abs te diuellent.* Ουκέτι σοι δειλαίῳ συνδουλεύσω, *non tibi poſtea ſeruienti adero et ſeruitutem leuabo.* Acute monet *Steinbrychelius*, verbum συνδουλεύειν hic non nude eſſe ὁμόδουλον εἶναι, ſed δουλευούσῃ συμβοηθεῖν. Ineſt itaque praepoſitioni σὺν cum verbo iunctae, non *ſocietatis* ſolum, ſed etiam *auxilii* et ſimul adiuuandi notio, vt in vv. συγκάμνειν, συναλ-

Σκύμνον γάρ, μ᾽ ὥς τ᾽ οὐριθρέπταν,
Μόσχον, δειλαία, δειλαίαν
Εἰσόψει χειρὸς ἀναρπασθὰν
Σᾶς ἄπο, λαιμοτόμητόν τ᾽ Ἀΐδᾳ
Γᾶς ὑποπεμπομέναν σκότον,

Ενθα

V. 207. et 208. Separandas eſſe praepoſitiones ἀπὸ et ὑπὸ, quae in vulgatis edd. ſequentibus male adhaeſerunt, nemo dubitabit ſanioris iudicii. Genuina haec eſt ſcriptura duorum codicum *Moſcou.* quorum lectiones eo tantum differunt, vt vnus praeferat ἀΐδαο, alter autem ἀποπεμπομέναν in verſ. ſequenti. Accedit ad hos codd. *Brunckii* auctoritas, qui ſoli hucusque veram retinuere lectionem λαιμοτομητὸν, a λαιμοτομέω, voce proba et ſincera, quamuis Lexicographi eam omiſerint. Vulgata lectio λαιμοτόμον, ἀπολαιμοτόμον enim praeferunt editiones, bonum ſenſum vix praebuerit: λαιμοτόμος enim actiue, eſt *gutturem ſecans.* Cfr. *Iphig. in T.* v. 444. *Steinbrychel* ex *Phoen.* v. 458. malit: λαιμότμητον. In ſeq. v. Scholiaſtes tuetur lectionem σκότῳ·

συναλγεῖν, ξυμπονεῖν aliisque, quam vocabuli poteſtatem a *Vigero* eiusque editoribus praetermiſſam notabunt tirones.

V. 206-209. Ordo verborum et ſenſus: *ceu catulam enim leaenam, aut vitulam montibus innutritam miſera me videbis miſeram a manu tua auulſam, abſciſſoque gutture ad Orci tenebras demiſſam.* Polyxenam ſeſe ipſam adpellare μόσχον, ita, vt iungendum eſſet, με μόσχον δειλαίαν ἐσόψει, ſtatuit *Muſgraue*, praeeunte iam Scholiaſta: ſed male, ſi quid ſentimus. Quamuis enim et puellae et filiae paſſim dicantur, πῶλοι, μόσχοι, apud poetas, qua de re vide ad verſ. noſtram theodiſcam p. 200. impropria tamen et faceta, ſeu potius inepta videri poſſit in ipſius virginis ore denominatio poetica, μόσχος. Augetur autem atque tollitur picturae ornatus et grauitas, ſi οὐριθρέπταν μόσχον iungamus; σκύμνος enim ſemper in ſylua-

rum

Ενθα νεκρῶν μέτα
Α τάλαινα κείσομαι.
Καὶ σὲ μὲν, ὦ μᾶτερ δύςανε,

Κλαίνω

V. 210. Articulum ἁ adſectui exprimendo inſeruire, propterea-que neutiquam delendum eſſe, iam *Brunck* obſeruauit. V. 211. Duo codices δυςάνου βίου, pro δύςανε.

rum et ſolitudinum latibulis de-liteſcens cogitatur, nec fere au-ferri poteſt, niſi matre abſente: vitula autem, ex grege monti-bus perpetuo inerrante, ab ipſis matris vberibus abſtrahitur et ad necem ducitur. Σκύμνος eſt leonum ſuboles, vt μόσχος bo-um, νέβρος ceruorum, ἀρνειὸς ouium, et σκύλαξ canum et luporum progenies. *Il.* XVIII. v. 318. ſeqq.

— — ὥςτε λῖς ἠϋγένειος,
Ωι ῥὰ θ' ὑπὸ σκύμνους
ἐλαφηβόλος ἁρπάσῃ ἀνὴρ
Ὕλης ἐκ πυκινῆς.

Senſu latiori tamen, eſt cuius-uis ferae quadrupedis catulus. Χειρὸς ἀναρπ. σᾶς ἄπο, pro ἄποθεν. Sequentia ita iunge: λαιμοτόμητόν τ' ἀΐδᾳ πεμπομέ-ναν, ὑπὸ σκότον γᾶς.

V. 209. 210. Duplici ſenſu. Refertur enim κείσομαι vel ad σκότον τᾶς γᾶς, vt idem ſit, ac *iacebo infelix inter mortuos, caliginoſa ſepulcri tranquillitate circumfuſa:* vel ad Αιδην trahitur τὸ ἔνθα, vt triſtem Polyxenae fortunam animique moerorem ſignificet, quo oppreſſa vel apud inferos lugens incedere deberet. Triſtes enim animique angore vexati etiam in Orco incedunt manes heroum et heroidum, qui viuentes adhuc fato immaturo et violento perierunt, vt vel ex *Odyſſ.* X. et Virg. *Aen.* VI. notum eſt. Ratio prior forſan expeditior eſt, niſi ad vtramque reſpici malis.

V. 211-215. Locus nobi-liſſimus et ad demonſtrandam animi virginei pietatem et ſub-limitatem efficaciſſimus. *Non vitam meam deploro, crudelis-que mortis ignominiam, ſed tuam, o mater ſuperſtes, cala-mitatem.* Durior longe et pro-

broſior

Κλαίω πανοδύρτοις θρήνοις·
Τὸν ἐμὸν δὲ βίον, λώβαν, λύμαν τ',
Ου μετακλαίομαι. ἀλλὰ θανεῖν μοι
Ξυντυχία κρείσσων ἐκύρησεν.
ΧΟΡ. Καὶ μὴν Ὀδυσσεὺς ἔρχεται σπουδῇ ποδὸς,

Ἑκά-

V. 212. Codex Moſc. v. κλαίω ad verſ. praeced. refert, ibique interpungit, neglecta inciſione poſt θρήνοις. Aliter et ipſe conſtituit metrum.

V. 213. *Reiske:* τοῦ ἐμοῦ δε βίου λώβαν, ex mero ingenio.

V. 215. Membranae quatuor praebent lectiones: ἔκυρσεν, ἐκύρησεν, ἐκήρυσσεν, ἐκύρωσεν. *Musgrauius* mox, κρείσσον' ἐκυρ.

broſior Iphigeniae clade fuerat ſors Polyxenae: haec enim ſerua contemta Graecisque inuiſa turpiter immolabatur inimici herois manibus, tanquam alia eaque vilis victima: illa, regia virgo, omni Achaeorum exercitu dolente pariter, ac plaudente, dulci virtutis gloriaeque ſuperſtitis ſenſu erecta pro patria ſe deuouit. Qua ex re agnoſce Troianae mentis celſitatem. Θανεῖν μοι ξυντυχία κρείσσων ἐκύρησεν: mors eſt ſummum beneficium, quod mihi tribui poteſt a fortuna. Sic melius ſe habebit locus, quam tortuoſa *Musgrauii* lectione: ξυντυχίᾳ κρείσσον ἐκύρησεν, quae emendatio, quam valde artem Grammaticam redoleat, nemo non videat. Eadem loci venuſtas occurrit in *Soph. Antig.* v. 463. ſ.

Oςις γὰρ ἐν πολλοῖσιν, ὡς
ἐγὼ, κακοῖς
Ζῇ, πῶς ὅδ' ὀυχὶ κατθανὼν κέρδος φερεῖ;

licet grauitatem Euripideam non attingat.

V. 216. ſ. Σπουδῇ ποδὸς: vulgata eſt interpretum obſeruatio: vltimum vocabulum ποδὸς, quod otioſum videri poſſit, periphraſi inſeruire, Tragicis ſolemni, vt in *Oreſt.* v. 107. θυγατρὸς Ἑρμιόνης δέμας, h. e. θυγάτηρ Ἑρμιόνη. Nobis quidem poſitum videtur pro, σπουδαίῳ ποδὶ, per commutationem notionis vniuerſalis cum ſingulari, ſeu, vt rectius Grammatici,

Ἑκάβη, νέον τι πρὸς σὲ σημανῶν ἔπος·
ΟΔ. Γύναι, δοκῶ μέν σ' εἰδέναι γνώμην στρατοῦ,
Ψῆφόν τε τὴν κρανθεῖσαν· ἀλλ' ὅμως φράσω.
Ἔδοξ' Ἀχαιοῖς παῖδα σὴν Πολυξένην
Σφάξαι πρὸς ὀρθὸν χῶμ' Ἀχιλλείου τάφου.
Ἡμᾶς

V. 219. Sic ex vett. edd. poſt *Reiskium*, *Musgraue* et *Brunck* repoſuere, cum *Barneſianam* occupauerit κραθεῖσαν, quam lectionem defendit Scholiaſta. Codex *Moſcou.* praefert κυρωθεῖσαν.

matici, per enallagen *abſtracti* pro *concreto*. Ceterum tenendum eſt poetae artificium in coniungendis fabulae euentis, quod ſimili tranſitu repetiit *Iphig.* in Taur. v. 236. ſ.

Καὶ μὴν ὅδ' ἀκτὰς ἐκλιπὼν θαλασσίους
Βουφόρβος ἥκει, σημανῶν τί σοι νέον.

V. 218. ſ. Adeſt ſubito Vlyſſes, qui infelicem mulierem, doloribus iam circumſeptam, penitus opprimit nuntio indubitato de ſententia, quae obtinuerat per exercitum, Polyxenamque morti deſtinauerat. Quae quidem omnia poeta aſtuto mouerique neſcio Laertiadae ingenio ita attemperat, vt nihil dignius animi intentione et exercitio inuenire poſſint iuuenes erectioris indolis, quam morum atque ingenii Vlyſſis Euripidei cum Homerica deſcriptione comparationem. Frigide et ſine vlla mentis commotione adloquitur Hecubam: *procul dubio iam ad aures tuas peruenit ſententia exercitus* etc. Ψῆφόν τε τὴν κραθεῖσαν: *calculumque, qui caput eſt et praeſes.* Vſurpatur autem κεραίνω ſaepius de *decretis* fati propetereaque maiorem dignitatem conciliat orationi prae lectione cod. Moſcou. κυρωθεῖσαν, quae eſt gloſſa et explicatio v. κρανθεῖσαν. Scholiaſtae ſcriptura κραθεῖσα, a κιρνῶ, vel κεράω, commodum ſenſum vix praebuerit, cum omnes quidem calculi galeae ex aeui Homerici conſuetudine immiſſi atque mixti fuiſſent, vnus autem tantum h. e. vnum eorum genus, fuerit, ψῆφος κρανθεῖσα, decernens.

V. 220 - 224. Maiore cum grauitate nunc pronuntiat ipſa

forſan

Ἡμᾶς δὲ πομποὺς καὶ κομιστῆρας κόρης
Τάσσουσιν εἶναι· θύματος δ' ἐπιστάτης,
Ἱερεύς τ' ἐπέστη τοῦδε παῖς Ἀχιλλέως.
Οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον; μήτ' ἀποσπασθῇς βίᾳ

V. 225. Sic *Brunck* ex codd. qui *Helen.* v. 323. et 1253. *Heracl.* v. 452. et *Oedip. Tyr.* v. 543. adlegat, quibus in locis ſimilis conſecutio imperatiui pro futuro occurrit. Verae huius lectionis veſtigia etiam ſeruauit cod. *Vittemberg.* praeferendo δρᾶσσον. Vulgata ſcriptura δράσεις, in ed. *Aldina* et *Barneſ.* obuia, obtuſo ſine dubio Graeculi ingenio debetur. De priori formula vide plura diſputantes, *Muretum* (Lectt. III. 12.), *Bentleium* (Reliq. Men. p. 126.) et omnium acutiſſime

forſan decreti verba: ἔδοξ' Ἀχαιοῖς etc. Πρὸς ὀρθὸν χῶμ' Ἀχιλλέιου τ. *in ipſa tumuli Achillei celſitate*, cfr. v. 524. quae res non ſolum augebat immolationis dignitatem et auctoritatem, ſed hoc etiam efficiebat, vt victima totius exercitus conſpectui eſſet expoſita. Ἡμᾶς δὲ πομποὺς καὶ κομιστῆρας h. e. πομπεύοντες καὶ ὁδηγοῦντες, interprete *Thoma Magiſtro* v. πομπος, vbi hunc ipſum locum adfert. Θύματος δ' επιστάτης, ἱερεύς τε, *ſacrificii princeps, ipſeque etiam ſacerdos.* Subit forte animum cuiusdam admiratio, non quidem, quod praefectus ſacrificio Neoptolemus, ſed quod ſacerdos etiam conſtitutus fuerit, cum hae partes ſolemnius Calchanti, ſeu alii initiato ſacerdoti demandari potuiſſent. Ad quae quidem regerimus, primum, aeuo Homerico non id, quod noſtris temporibus, diſcriminis inter ſacerdotes et reges, ſed vtrumque officium potius coniunctum fuiſſe, ita vt ſaepius ſacrificarent principes atque reges in Homero: deinde recte et animo praemeditato Pyrrho hanc ſpartam demandari a Tragico, quia nemo maiori cum pietate atque facilitate manes Achillis expiare, negligentiaeque veniam ab iis impetrare poterat, praeter filium.

V. 225 - 229. Οἶσθ' οὖν; ὃ δράσον. *Scin itaque, quae nunc*

Μήτ' εἰς χερῶν ἅμιλλαν ἐξέλθῃς ἐμοί·
Γίγνωσκε δ' ἀλκὴν, καὶ παρεστίαν κακῶν
Τῶν σῶν. σοφόν τι κἀν κακοῖς, ἃ δεῖ, φρονεῖν.
ΕΚ. Αἰ, αἶ· παρέστηχ', ὡς ἔοικ', ἀγὼν μέγας,
Πλήρης

tiſſime differentem *Abreſchium* (ad *Aeſch.* Vol. I. p. 510.) Vide not. In ſequentibus interpunctionem paululum refinxi ad meam interpretationem, quam vide.

nunc tibi peragenda ſunt? Notanda eſt tironibus Atticiſmi poteſtas, qua imperatiuus ponitur pro tempore finito, notante iam Scholiaſta, οἱ Ἀττικοὶ χρῶνται τοῖς προστακτικοῖς ἀντὶ ὁριστικῶν, qui inſuper exemplis illuſtrauit hanc formulam. Vide V. L. Μήτ' ἀποσπασθῇς βίᾳ etc. *ne itaque vi te abſtrahi patiaris, aut committas, vt ipſe manus tibi iniicere cogar.* Comparandae ſunt cum loco noſtro *Troad.* v. 720. et ſeqq. quibus Talthybius Aſtyanactem ex Andromachae gremio auellens, vt ex communi Achaeorum ſententia de turribus Troianis deiiceretur, iisdem vtitur argumentis et adhortationibus, vt mater triſtiſſima ab omni reluctatione ſe abſtineat, et mala praeſentia leniat patientia. Γίγνωσκε δ' ἀλκὴν καὶ παρουσίαν κακῶν τ. σ. *agnoſce potius vim inualeſcentem malorum tuorum.* Malim ſic explicare verba, ἀλκὴν καὶ παρουσίαν κακῶν, *vires et inſtantem* (*vrgentem*) *praeſentiam malorum*, quam per ineptam figuram, Hendiadyn vocant, ἀλκὴ παρόντων κακῶν. Eodem modo chorus adloquitur Andromacham in fabula *Euripidis* cognomine v. 126.

γνῶθι τύχαν, λόγισαι τὸ παρὸν κακὸν, εἰς ὅπερ ἥκεις.

Quae Vlyſſis ſermonem claudit ſententia, grauis eſt, et quam in verſione vix plene attingas: prudentem enim in malis actionem et paſſionem inuoluit τὸ φρονεῖν.

V. 229-234. Graue quidem vulnus Hecubae animo infligit Vlyſſis oratio, attamen id moderata mente patitur: neque in diras

Πλήρης ϛεναγμῶν, οὐδὲ δακρύων κενος.
Κἀγὼ γὰρ οὐκ ἔθνησκον, οὗ μ' ἐχρῆν θανεῖν·
Ουδ' ὤλεσέν με Ζεὺς, τρέφει δ', ὅπως ὁρῶ
Κακῶν κάκ' ἄλλα μείζον' ἡ τάλαιν' ἐγώ.
Ει δ' ἔϛι τοῖς δούλοισι, τοὺς ἐλευθέρους

díras erumpit et exſecrationes, neque inani vi et brachiorum proiectione defendere conatur filiam, quae omnia iuuenilis fuiſſent vehementiae. Παρέϛηχ' ὡς ἔοικ' ἀ. μ. *inflat itaque durum certamen, multorum gemituum et lachrymarum plenum.* Trita eſt obſeruatio v. 230. duabus enuntiationibus, negante altera, altera aiente, *vnam eandemque* rem exprimi, vt varíetur oratio. V. 231. ſeq. Non ibi mihi contigit mori, vbi beneficii inſtar fuiſſet, diem obire ſupremum: non occiſa ſum ab inimicis, non ſepulta inter Troiae ruinas, non confoſſa telis, inter cruentam meorum ſtragem, ſed vitam dego atque nutrior a Ioue, vt maioribus triſtioribusque calamitatibus referuarer.

V. 234 - 237. Conuertitur nunc ad Vlyſſem regina captiua, indignans, illum eſſe nuntium doloris, quem antea tam multis beneficiis cumulauerat. Οι ἐλεύθεροι, ſunt domini, ὁι δεσπόται. In vero autem huius loci ſenſu conſtituendo, mirum eſt, quantum ceſpitent interpretes. *Quodſi ſeruis heros licet percontari ea, quae animum nihil remordeant, nec moleſta ſint* (hucusque conſentiunt); *oportet tibi quidem iam peroratum eſſe.* Sic *Muſgraue,* qui v. εἰρῆσθαι ex formula illuſtrat rhetoribus ſolemni, qui orationes ſemper finiebant v. εἴρηται. At enimuero iſtam doctius huc adduxit, quam adcuratius V. C. Ad eundem fere ſenſum redit explicatio *Brunckii: vt finem loquendi facias, par eſt, et me haec interrogantem audias.* Faciliores et ad concinnitatem orationis adcommodatiores videntur ſequentes interpretationes; quaenam autem harum alteri praeripiat palmam, lectoribus diiudicandum relinquo,

quam-

Μὴ λυπρὰ, μηδὲ καρδίας δηκτήρια
Εξιστορῆσαι, σοὶ μέν εἰρῆσθαι χρεὼν,
Ημᾶς δ' ἀκȣ̃σαι τȣ̀ς ἐρωτῶντας τάδε.
ΟΔΥΣ. Εξεστ', ἐρώτα· τοῦ χρόνου γὰρ οὐ φθονῶ.
ΕΚ. Οισθ' ἡνίκ' ἦλθες Ιλίȣ κατάσκοπος,
Δυσχλαινίᾳ τ' ἄμορφος, ὀμμάτων τ' ἄπο
Φόνȣ σταλαγμοὶ σὴν κατέσταζον γένυν;

ΟΔΥΣ.

V. 235. In cod. *Moſcou.* v. δηκτήρια ſuperſcriptum legitur μυστήρια: quae quidem lectio ſenſum fundit non ſpernendum; inferenda autem in textum nullo modo videtur, cum, quia doctior eſt vulgata ſcriptura, tum, quia v. δηκτήρια explicat antecedens voc. λυπρὰ, more poetis ſolemni.

V. 241. *Muſgr.* malit δόλου, *lachrymae fraudulentae. Steinbrychel* coniicit φόβου, quam tamen, vt et Muſgrauianam, bene poſtea reiicit V. C. Nulla enim prorſus mutatione opus eſt, licet huic patrocinetur *Alxingerus.*

quamuis, poſteriori me magis fauere, haud diſſimulem. Prior debetur Scholiaſtae: *tibi quidem reſpondere* (εἰρῆσθαι) *conuenit, nobis autem iſta interrogantibus audire.* Altera a *Steinbrychelio* prolata ſic ſe habet: *ſi captis licet percontari dominos, quae moleſta non ſint, iure videor et ego poſcere, vt non ſolum tu tui interrogandi poteſtatem nobis facias, ſed etiam nos rogantes iſta, quae non ſint* καρδίας δηκτήρια, *libero et aequo animo audias.* Cuicunque harum explicationum etiam calculum adiicies, non multum differet ſententia a verbis ſeruae ad Deianiram in *Soph. Trach.* v. 52. ſ.

νῦν δ', εἰ δίκαιον τοὺς ἐλευθέρους φρενοῦν
γνώμαισι δούλαις, κᾀμὲ χρὴ φράσαι τόσον.

V. 239 - 241. Cum Troia obſidione teneretur a Graecis, Vlyſſes lacero amictu deformis, bis intrauerat vrbem inimicam. Primum cum Diomede in templum Mineruae ingreſſus, ſimulacrum Deae tranſtulit ad Achaeos:

ΟΔΥΣ. Οἶδ᾽. οὐ γὰρ ἄκρας καρδίας ἔψαυσέ μου.
ΕΚ. Εγνω δέ σ᾽ Ελένη, καὶ μόνη κατεῖπ᾽ ἐμοί.
ΟΔΥΣ. Μεμνήμεθ᾽ ἐς κίνδυνον ἐλθόντες μέγαν.
ΕΚ. Ηψω δὲ γονάτων τῶν ἐμῶν ταπεινὸς ὤν;

ΟΔΥΣ.

Achaeos: deinde ſub mendici habitu latens, cruentis plagis atque vulneribus, ceu Sinon ante Troiam captam, deteſtabilis, regiam Priami inſidioſo et ſuſpenſo pede petiit, et rebus hoſtium exploratis, cuſtodibus ante portam gladio confoſſis, in caſtra ſuorum reuerſus eſt. Cfr. *Lycophr.* v. 780. et *Rheſ.* noſtri, ſeu quisquis eius ſit auctor, v. 501 - 506. Ad poſteriores inſidias reſpicit Hecuba. Notandum eſt hic, Vlyſſem agnoſci ab Hecuba, cum multo probabilior ſit narratio Homerica, *Odyſſ.* IV. v. 244 - 259. vbi Helena popularem ſuum agnoſcit, oleo perfundit nouisque veſtibus ornatum ad ſuos remittit. At immutanda paululum erat narratio, vt Vlyſſes hoc beneficio Hecubae obſtrictus videretur, niſi a cyclicis forſan poetis res iam aliter erat tractata.

Sed quomodocunque ſe etiam habeat rei veritas, ſemper egregie picti ſunt mores Laertiadae, qui nullum mendacium turpe putauit

εἰ τὸ σωθῆναί γε τὸ ψεῦδος φέρει.

teſte ſe ipſo in *Soph. Philoct.* v. 109. Praeclare autem φόνου σταλάγμοι, *guttae caedis* deſtillauiſſe dicuntur ab oculis Vlyſſis, quum, vt euentus docuit, etiam lachrymabundi exploratoris ingenium multiplex cruentis conſiliis fuiſſet refertum. Aeque ſplendidus in deſcribendis laetitiae lachrymis eſt *Soph. Electr.* v. 1231. vbi choro, cum Electra de Oreſtis ſalute exſultanti, licet multis calamitatibus circumſepto

γεγηθὸς ἕρπει δάκρυον ὀμμάτων ἄπο.

ΟΔΥΣ. Ὡς' ἐνθανεῖν γε σοῖς πέπλοισι χεῖρ' ἐμήν.
ΕΚ. Ἔσωσα δῆτά σ', ἐξέπεμψά τε χθονός;

ΟΔΥΣ.

V. 246. Lectio ἐνθανεῖν, a nemine antiquiorum interpretum tacta, primum ſollicitata eſt a *Brunckii* ſagacitate. Adfirmauit nimirum V.C. ſe lectionis vulgatae prauitatem pro comperto habere, atque ocius reponendum eſſe ἐντακῆναι: *ita, vt quaſi liquefieret manus mea in peplis tuis.* Sed haec mutatio diſplicuit *Steinbrychelio*, qui locum vel plane intactum eſſe relinquendum, vel corrigendum putauit, ἐνταφῆναι: *vt in peplis manus tamquam ſepulta eſſet.* Vtramque emendationem exſulandam eſſe, quippe, quae a literarum ductu longius recederet et coniectandi ſolum calori deberetur, iam olim iudicaueram: addidi tamen vel animi cauſa et meam ſuſpiciunculam, ἐντείνειν, vel potius ἐντανεῖν: *ita, vt implicaretur manus mea peplis tuis.* At enimuero, ſi grammatica etiam ratio faueret v. τανεῖν, quae, ceu σπαρεῖν a σπείρω, a verbo τείνω eſſet repetenda, languida non ſolum mihi, ſed alii inſuper iudici, eique grauiſſimo et acutiſſimo, *Heynio*, quem honoris cauſa nomino, viſa eſt, qui literis ad me datis me docuit, loci difficultates iuſta magis explicatione, quam temeraria mutatione, leuandas eſſe. Et in hoc quidem iudicio, cuius auctoritas me iam mouere poſſit, ego eo lubentius adquieſco, quia huius ſententiae veritatem iam antea, quaſi per nebulam, ſenſeram. Vide not. Si ingenio quis adhuc indulgere velit, huic per me licet mutare, ἐνθακεῖν. Cod. *Vittemb.* ὥςε θανεῖν et πέπλοις.

V. 246. Ὡς' ἐνθανεῖν σ. π. χ. ἐ. *ita, vt velut mortua, tabefacta, omnis ſenſus expers veſtibus tuis inhaereret manus mea.* Solent enim, qui res arduas et vitam in primis expetunt, tam firmiter amplecti genua, vt nullo pacto diuelli poſſint, niſi videant, preces eorum non retundi. Confitetur itaque Vlyſſes, ſe tam arcte manibus conſtrinxiſſe pepla et genua Hecubae, vt brachium omnem ſenſum amiſiſſet et ipſe mori in praeſentia maluiſſet, quam manum retrahere et repulſam ferre. Hanc explicationem mihi vel digito monſtrauit *Heynius*, id quod gratiſſimus hic profiteor.

ΟΔΥΣ. Ὥστ᾽ εἰσορᾷν δὴ φέγγος ἡλίου τόδε.
ΕΚ. Τί δῆτ᾽ ἔλεξας, δοῦλος ὢν ἐμὸς τότε;
ΟΔΥΣ. Πολλῶν λόγων εὑρήμαθ᾽, ὥστε μὴ θανεῖν.
ΕΚ. Οὐκοῦν κακύνῃ τοῖσδε τοῖς βουλεύμασιν,

Os

V. 248. Codd. imo et edd. *Baſil.* et *Steph.* omittunt νῦν, in vulgatis obuium pro δὴ, quod habent membranae *Brunckianae.*

V. 249. ſ. In codice *Wittemb.* hi duo verſus leguntur poſt V. 246. probante omnino *Zeunio*, qui recte docuit, effectum antecedere debere cauſas, quarum altera continetur v. 245. et 246. geſtu ſupplicantis, altera v. 249. 250. precibus ſupplicantis. At fieri etiam potuit, vt Hecuba, poſtquam confeſſionem ſalutis ſibi debitae extorſiſſet Vlyſſi, geſtus atque preces, quibus ſupplicabat, in memoriam ei reuocaret, vt beneficii accepti conſcientia nunc ad miſericordiam moueatur.

V. 251-257. Οὐκοῦν κακύνῃ, *prauus itaque adpares tua ipſius confeſſione?* Bene monuit *Muſgraue*, κακίζεσθαι eſſe *vituperari vt malum*, κακύνεσθαι autem, *malum eſſe*, et hic, *malum ſe oſtendere.* V. 252. Teneant hic tirones linguae Graecae et ſenſus Hecubae ſubtilitatem, quae, vt refricaret memoriam beneficiorum a ſe acceptorum, non ſua de eo merita hic recenſet, ſed leuiter tantum admonet: ἔπαθες ἐξ ἐμοῦ, οἷα φὴς, h. e. maxima benefacta. In v. ſ. obſeruandum eſt, verba quaedam compoſita ex particulis εὖ, καλῶς, κακῶς, et aliis, accuſatiuo eleganter iungi attice, pro datiuo. Dicitur itaque, εὖ, κακῶς δρᾷν τινὰ. V. 254. ſeqq. in nobilem indignationem erumpit Hecuba, vehementer conquerens, quod inter homines verſari debeat, qui honeſtatis, quam prae ſe ferunt, ſpecie, peſſima facinora tegunt et omnes τοῦ καθήκοντος fines tranſſiliunt. Ἀχάριστον ὑμῶν σπέρμα, *o vos, ingratam progeniem!* Noſtro idiomate: *o der vndankbaren Brut!* Σπέρμα enim, vbi pro γένος ponitur, maximam partem contemtus et indignationis notionem inuoluit. Vid. *Iphig.* in Aul. v. 520, τὸ μαντικὸν σπέρμα et v. 524,

G τὸ

Ος ἐξ ἐμοῦ μὲν ἔπαθες, οἷα φὴς παθεῖν,
Δρᾷς δ᾽ οὐδὲν ἡμᾶς εὖ, κακῶς δ᾽, ὅσον δύνῃ;
Αχάριστον ὑμῶν σπέρμ᾽, ὅσοι δημηγόρους
Ζηλοῦτε τιμάς· μηδὲ γιγνώσκοισθ᾽ ἐμοὶ,
Οι τοὺς φίλους βλάπτοντες οὐ φροντίζετε,
Ην τοῖσι πολλοῖς πρὸς χάριν λέγητέ τι.
Ατὰρ τί δὴ σόφισμα τοῦθ᾽ ἡγούμενοι

Es

τὸ Σισύφειον σπέρμα, vbique in malam partem explicandum erit. Οσοι δημηγόρους ζηλοῦτε τημὰς, *qui honores venamini, rhetoribus datos a populo*, et vt multitudinis aucupari poſſitis gratiam, ne amicorum quidem bonis atque commodis parcitis. Omnia, quae Hecuba hic regerit Vlyſſi, ſunt grauiſſima et praeclariſſima: quum enim ſua de eo merita animo expoſuiſſet tranquillo, repente prodit oratrix et ſui ſermonis flumine omnia ſecum rapit.

V. 258 - 263. Ατὰρ τι σόφισμα φόνου; *ſed quamnam quaeſo cauſam praetexuerunt Achaei, vt puellam hancce morti deſtinarent?* Σόφισμα *inuentum callidum* putat eſſe *Muſgrauius*: mihi de argumento futili, ſed veri ſpecie nitente, adeoque de inſidiis et tendiculis ſumendum videtur. De calculis nota res eſt: albi, ψῆφοι ἐλέου, iuſtum pronuntiabant reum; nigri autem, ψῆφοι θανάτου, morti damnabant. V. 260. τὸ χρῆν, iuncto infinitiuo cum articulo, ſubſtantiue ponitur pro ἡ μοῖρα, πεπρωμένη. Innuit autem Hecuba, nequire fatum facinus tam infandum et piaculare flagitare, quum immolatio hominis ſimul ſit homicidium, quod immane nefas eſſet commiſſum in loco ſanctiſſimo, ad ſepulcrum, vbi boues tantum mactare deceret. Tranſit nunc ad alterum diſiunctionis membrum. Η τοὺς κτανόντας — φόνον; *anne mortem vult rependere interfectoribus ſuis Achilles?* Callide omnino et artificioſe hoc argumento vtitur Hecuba: quamuis enim a fratre Polyxenae inſidiis interfectus ſit Pelides,

bene

Ἐς τήνδε παῖδα ψῆφον ὥρισαν φόνου;
Πότερα τὸ χρῆν σφ' ἐπήγαγ' ἀνθρωποσφαγεῖν
Πρὸς τύμβον, ἔνθα βουθυτεῖν μᾶλλον πρέπει;
Ἡ τοὺς κτανόντας ἀνταποκτεῖναι θέλων,
Ἐς τήνδ' Ἀχιλλεὺς ἐνδίκως τείνει φόνον;
Ἀλλ' οὐδὲν αὐτὸν ἥδε γ' εἴργασται κακόν.

V. 260. *Scaliger* coniecit χρέων, quod et probat *Muſgraue* cum *Brunckio*.

V. 261. ed. *Steph.* πρέπε. In verſu praecedente codd. Moſcouienſes, Vittemb. et membranae Brunckianae cum duobus libris Anglis manu exaratis praeferunt ἀνθρωποσφαγεῖν, cum vulgatas omnes ipſamque etiam editionem Muſgr. occupauerit ſcriptura ἀνθρωποκτονεῖν. Vid. *Thom. Mag.* v. χρῆν. *Muſgraue* autem propterea cenſuit retinendam eſſe vulgatam lectionem, quod abeſſe praeſtaret omnem ad ſacrificia adluſionem. Sed maiorem colorem induit orationi et facinoris magnitudinem magis commonſtrat lectio recepta, quae opponitur v. βουθυτεῖν.

V. 263. Iam olim coniecerat *Canterus*, legendum eſſe τίνει, quod tamen propterea improbauit *Barneſius*, quia eſt *poenas luere*, non *repoſcere*. Inter recentiores *Cantero* adhaeſit *Muſgraue*, qui erudite quidem oſtendit, τίνειν eſſe *rependere*, hoc tamen non commonſtrauit, num eodem ſenſu dici poſſit, τίνειν εἴς τινα? Membrana tamen *Vittemberg.* praefert τίνει. Facilior et ſignificantior videtur vulgata lectio, quam et retinuimus. bene tamen huius caedis inuidiam et culpam transferre conatur in Helenam, quae ſola Troiam ruinis et Achaeos tam multis calamitatibus immerſerat. Formulam τείνειν φόνον εἴς τινα iam explicauit Scholiaſta, ἀντὶ τοῦ ἐπάγειν, ſicut τείνει ὁ λόγος εἰς τόδε, ἀντὶ τοῦ ἐφορᾷ. Vide ſupra v. 190. et *Supplices* v. 672.

V. 264 - 270. Εἴργασται pro εἴργασαι, per enallagen paſſiuae cum media forma. Plane nihil mali in Achillem commiſit Po-

Ελένην νιν αἰτεῖν χρὴ τάφῳ προσφάγμα.
Κείνη γὰρ ὤλεσέν νιν, ἐς Τροίαν τ᾽ ἄγει.
Ει δ᾽ αἰχμάλωτον χρή τιν᾽ ἔκκριτον θανεῖν,
Κάλλει θ᾽ ὑπερφέρουσαν, οὐχ ἡμῶν τόδε.
Η Τυνδαρὶς γὰρ εἶδος εὐπρεπεστάτη,
Αδικοῦσά θ᾽ ἡμῶν οὐδὲν ἧττον εὑρέθη.
Τῷ μὲν δικαίῳ τόνδ᾽ ἁμιλλῶμαι λόγον·

Α δ᾽

V. 265. Νιν non agnoſcit cod. *Vittembergenſis*: idem πρόσφαγμα cum Moſcouienſibus et ed. Ald. quam ſcripturam et repoſuimus. Vulgata lectio eſt προσφάγματα.

V. 267. Αιχμαλώτων: Sic duo *Moſcouienſes* cod. Reg. et Scholiaſtes. Vulgatam praetulimus cum *Brunckio*. Ex prioribus vnus etiam praefert ἔγκριτον.

V. 269. Cum adiunctum ſit εἶδος, *Brunck* mutandum putat ἐκπρεπεστάτη, cui mutationi fauet *Steinbrychel* cum *Valcken.* ad *Phoen.* v. 271. Vulgatam tuetur Scholiaſtes In ſequenti v. *Brunck* dedit ἧσσον pro vulgata ἧττον. Vid. v. 322.

lyxena haecce. Helenam illi ad Troiam, Helenam oportet immolari. V. 267. ſ. Εκκριτος αἰχμάλωτος, captiuarum quaedam ſelecta, quae venuſtate et pulchritudine reliquas antecedat. V. 268. οὐχ ἡμῶν τόδε, nos in cenſum venire plane non meremur. Inſigni autem cum modeſtia infitiatur formae filiae ſuae venuſtatem, lubentiſſime palmam porrigens Helenae, quamquam pulchritudine excelluiſſe Polyxenam ex pluribus rebus adpareat. V. 270. ἀδικοῦσα οὐδὲν ἧττον, εὑρέθη, *quae non minus*, h. e. magis, *iniuria reperta eſt in Achillem.*

V. 271 - 278. Vt nihil intentatum relinqueret mater adflictiſſima, iam profligatis iis, quae ius aequitasque inſpirare ſibi videbantur, grati animi vinculis obſtringere conatur Vlyſſem. Τῷ μὲν δικαίῳ τόν δ᾽ ἁμιλλῶμαι λόγον: *atque haec quidem ex iure tecum contendo.*

Α δ᾽

ANAGNOSTIRIO

Ἃ δ' ἀντιδοῦναι δεῖ σ', ἀπαιτούσης ἐμοῦ,
Ἄκουσον. ἥψω τῆς ἐμῆς, ὡς φῄς, χερὸς,
Καὶ τῆσδε γραίας, προσπιτνῶν, παρηΐδος.
Ἀνθάπτομαί σου τῶνδε τῶν αὐτῶν ἐγὼ,
Χάριν τ' ἀπαιτῶ τὴν τόθ', ἱκετεύω τέ σε,
Μή μου τὸ τέκνον ἐκ χερῶν ἀποσπάσῃς,
Μηδὲ κτάνητε. τῶν τεθνηκότων ἅλις.

V. 274. Γεραῖας membranae ſummo conſenſu, ſed perperam iudice *Brunck*, qui γραῖας recepit monitu *Valckenarii* ad *Phoen.* v. 1688.

Ἃ δ' ἀντιδοῦναι δεῖ σ' ἀπαιτούσης ἐμοῦ, ἄκουσον: *quae autem nunc ex aequitatis lege rependere te oportet, audi.* V. 273. Nolumus morari in rebus notis vberius declarandis, quapropter etiam hic in explicandis ritibus ſupplicum non verſamur. Porrigebat ἱκέτης ſiue ramum oleaginum, ſiue ad genua accidens, illa et manum dextram et mentum domini rogabundus attingebat atque palpabat. Hac ratione ipſa Thetis ſupplicat Ioui, *Iliad.* I. v. 500. cfr. infra v. 342. ſeqq. v. 275. ſ. En et me ſupplicabundam ad pedes tuos priſtinumque repoſcentem beneficium. V. 276. ſ. Duplices ſunt preces, quibus vtitur Hecuba, alterae ad Vlyſſem directae, μή μου τὸ τέκνον ἀποσπάσῃς: alterae ad Achaeos abſentes, quas tamen in illo emollire ſperat rogando, μηδὲ κτάνητε.

V. 278 - 285. Triplex eſt argumentum, quibus vtitur Hecuba ad preces ſuas ſuffulciendas. Primum deſumtum eſt a maximo numero hominum, qui bello Troiano occubuiſſent: alterum ex conſolatione, quam caperet ex vita dilectae filiae, et vltimum ex ſumma fortunae et rerum humanarum inconſtantia, quae vetaret victorem inſultare victis et ſpem inchoare longam. V. 280. ſ. Ἀντὶ πολλῶν, hoc eſt *omnium.* Omnes enim co-

gnati

Ταύτῃ γέγηθα, κἀπιλήθομαι κακῶν·
Ἥδ' ἀντὶ πολλῶν ἐστί μοι παραψυχή,
Πόλις, τιθήνη, βάκτρον, ἡγεμὼν ὁδοῦ.
Οὐ τοὺς κρατοῦντας χρὴ κρατεῖν, ἃ μὴ χρεών,
Οὐδ' εὐτυχοῦντας εὖ δοκεῖν πράξειν ἀεί.
Κἀγὼ γὰρ ἦν ποτ', ἀλλὰ νῦν οὐκ εἴμ' ἔτι·
Τὸν πάντα δ' ὄλβον ἦμαρ ἕν μ' ἀφείλετο.

Ἀλλ',

V. 282. Vulgata lectio χρὴ adeo dura videtur *Brunckio*, vt eam vix ab Euripide profectam eſſe cenſeat. Reponit itaque δεῖ, quod a librariis ſaepius confunditur cum v. χρῆ, ob ſonum ſuauiorem. Audacem eſſe mutationem, quislibet facile videbit, quamuis durities loci aures ſuas vix effugerit.

gnati et liberi Hecubae vita iam erant defuncti, vid. v. 421. quapropter *vnam* ſibi *omnium* conſolationem eſſe ait Polyxenam. Παραψυχή, interprete Scholiaſta, eſt παρηγορία, παραμυθία: vox proba et genuina, de cuius ſinceritate vix dubitare debuerat *Brunckius*. Πόλις eſt *patria*, v. *Heracl.* V. 14. Τιθήνη, *altrix*, nutrix. Bene autem monent Grammatici, τιθήνην ſeu τιθηνὸν non eſſe nutricem, quae mammas porrigat infanti: illa enim graece adpellatur τιθὴ, ſed mulierem, quae etiam poſt ablactationem curam habet infantis.

V. 282. ſ. Οὐ τοὺς κρατοῦντας χρὴ κρατεῖν, ἃ μὴ χρέων: *non oportet victores abuti imperio et deſaeuire in deuictos, quae non decent.* Οὐδ' εὐτυχοῦντας εὖ δοκεῖν πράξειν ἀεί: *neque fortunatos ſibi perſuadere, ſe in perpetua felicitate et omnium rerum adfluentia eſſe victuros.* Optime autem ad ſe ſuamque fortunam prouocat, quia hoc exemplum erat lucuлentiſſimum et recentiſſimum, facileque adducere poterat Vlyſſem, vt in ſuum ipſius pectus deſcenderet et felicitatis humanae mutabilitatem perpenderet.

Ἀλλ', ὦ φίλον γένειον, αἰδέσθητί με,
Οἴκτειρον· ἐλθὼν δ' εἰς Ἀχαϊκὸν στρατὸν,
Παρηγόρησον, ὡς ἀποκτείνειν φθόνος
Γυναῖκας, ἃς τὸ πρῶτον οὐκ ἐκτείνατε
Βωμῶν ἀποσπάσαντες, ἀλλ' ᾠκτείρατε.
Νόμος δ' ἐν ὑμῖν τοῖς τ' ἐλευθέροις ἴσος
Καὶ τοῖσι δούλοις αἵματος κεῖται πέρι.

Τὸ

V. 286-290. Ἀλλ' ὦ φίλον γένειον α. μ. *Reuerearis itaque me, o chariſſime.* Cogitanda autem hic eſt Hecuba ex more ſupplicum Vlyſſis mentum attingens et palpans. Proprie autem ſecundum Scholiaſten eſt γένειον, αἱ κατὰ τὰς σιαγόνας τρίχες, γένυς δὲ, ἡ σιάγων. Αἰδεῖσθαι attica ſubtilitate, eſt *adnuere precibus*, nullam repulſam dare. V. 288. ὡς ἀποκτείνειν φθόνος, *quam ſceleſtum ſit et contemtu dignum* etc. Recte enim ſcholiaſtes: φθόνος καταχρηστικῶς ἀντὶ τοῦ μέμψις. V. 290. ἀποσπάσαντες exponunt pro ἀποσπασθείσας. Cfr. *Weidlingii Hecubam illuſtratam*, qui ad h. l. mirum in modum argutatur. Senſus eſt perſpicax et facilis: odium excitabitis vobis, ſi mulieres occideritis, quas in Troiae expugnatione non interfeciſtis, ſed ſeruaſtis potius altaria amplexas. Notum enim eſt, Deorum aras apud pleraſque gentes ſancta fuiſſe profugorum aſyla. Cfr. *Androm.* V. 115. ſeq. et I. *Maccab.* X. V. 40. et 83. Quin imo ſeruis in templis latitantibus hanc ſecuritatem praebebant arae, vt vel inuiti ab iis auelli non potuiſſent. Inſignes ſunt in hanc rem *Euripidis* verſus, *Suppl.* 267. ſ.

ἔχει γὰρ καταφυγὴν θὴρ μὲν πέτραν,
δοῦλοι δὲ βωμοὺς θεῶν.

V. 291 - 295. Νόμος — πέρι. *Vna vobis eademque lex eſt, liberis et ſeruis de caede*, πέρι αἵματος: h. e. eandem poenam commeruit, qui liberum occidit, vel ſeruum. V. 293.

Τὸ

Τὸ δ᾽ ἀξίωμα, κᾀν κακῶς λέγῃ, τὸ σὸν
Πείσει. Λόγος γὰρ ἔκ τ᾽ ἀδοξέντων ἰὼν,
Κᾀκ᾽ τῶν δοκέντων ὠὐτὸς, ὃ ταυτὸν σθένει.
ΧΟΡ. Ουκ ἔςιν ὅτω ςεῤῥὸς ἀνθρώπε φύσις,
Ητις

V. 293. Λέγῃς emendauit V. D. in Miſcell. Obſ. T. II. p. 52. cui adſenſi ſunt *Muſgraue* et *Brunckius*, qui hanc ſcripturam in textu repoſuit, Ennii auctoritate permotus. Quod quidem argumentum facile corruit leuitate ſua, ſi perpendamus, quod viri eruditi hinc inde regeſſerunt, v. λέγομαι in Homero et apud poetas ſaepius adhiberi actiue.

V. 294. *A. Gellius*, qui hos verſus deſcripſit graece, cum latinis *Ennii*, pro πείσει ſubſtituit νικᾷ, cui lectioni fauere videtur *Valcken.* in *diatribe in Eurip. reliq.* p. 261. Sed ſcripturae varietas ex mero memoriae lapſu orta eſt, quum ob exemplorum penuriam ſaepiſſime ex ingenio laudati fuiſſent auctores antiqui a ſequioris aeui ſcriptoribus. Vide praefat. noſtram ad *Ammonium* p. XXIV. V. 295. *Steph.* ςένει. V. 296. ἀνθρώπων, membranae *Brunckianae*.

Τὸ δ᾽ἀξίωμα τὸ σὸν πείσει, *tua autem auctoritate, ſi etiam mala conſulueris, perſuadebis.* Inſignes eſſe hos verſus, verbis, ſententia, et breuitate illuſtres, iam ſenſit A. *Gellius* l. c. qui graece eos adfert et latine ex verſione huius dramatis Enniana decerptos:

Haec tu, et ſi peruerſe dices,
facile Achiuos flexeris:
Nam cum opulenti loquuntur
pariter atque ignobiles,
Eadem dicta eademque oratio
aequa non aeque valet.

et non ſine ratione carpit Tragicum Romanum, quod in vv. ἀδοξόυντων et δοκόυντων graecae breuitatis ſenſum non attigerit. Aptius vertit *Grotius:*

— *nam viri praenobilis*
Et tenuis idem ſermo diuerſum valet.

V. 296 - 298. In eiusmodi locis chorus pro more intercedit perſonas agentes,, vt dulci et moderato interloquio adfectus concitatos ſedaret et ſpectatores quaſi deliniret. Quae quidem res, quamuis a parte ſcri-

Ἥτις γόων σῶν καὶ μακρῶν ὀδυρμάτων
Κλύουσα θρήνους, οὐκ ἂν ἐκβάλοι δάκρυ.

ΟΔΥΣ. Ἑκάβη, διδάσκου, μηδὲ τῷ θυμουμένῳ
Τὸν εὖ λέγοντα, δυσμενῆ ποιοῦ φρενί.

Ἐγὼ

V. 298. *Muſgraue* duplicem propoſuit coniecturam: pro θρήνους reponendum putat γλήνους, vel θρήνοις, inciſa oratione poſt κλύουσα. Vulgatam praeter codd. tuetur adhuc Scholiaſtes. *Reiske*, θρηνοῦσ' οὐκ.

ſcriptoris plurimum habeat difficultatis, mirum tamen eſt, quantam dignitatem dramati et tragoediae inprimis conciliet. Poſſunt enim immiſceri ſuauiora tranquilli animi ſenſa, quae adfectibus perſonarum agentium non fuiſſent adcommodata, fabulae autem repraeſentationi colorem addunt et viam ſternunt faciliorem ad auditores commouendos pariter atque delectandos et erudiendos. Et in hac re facile princeps deprehenditur *Euripides*, qui nullam praetermittit occaſionem, ſpectatores ſententiis vitae praeceptis non raro nimium plenis erudiendi, quapropter etiam Socrates in dramatum ſuorum repraeſentatione nunquam defuit in ſcena. Στεῤῥὸς ἀνθρώπου φύσις, attice. Vid. notata ad v. 150. et *Koenium* ad *Gregor.* p. 25. Eadem eſt ſententia chori, qui conſolatur *Prometh. Vinct.* V. 159. ſ.

τίς ὧδε τλησικάρδιος
θεῶν, ὅτῳ τάδ' ἐπιχαρῆ;
τίς οὐ ξυνασχαλᾷ κακοῖς
τεοῖσι;

V. 299-305. Ἑκάβη διδάσκου: *audi*, *auſculta*, ne doctrinam et conſilium repudies, Hecuba. Quae ſequuntur, ita ſunt iungenda: μηδὲ φρενὶ ποιοῦ δυσμενῆ τὸν εὖ λέγοντα, τῷ θυμουμένῳ, *neque ira exacerbata, eum, qui tibi eſt beneuolus, infenſum exſiſtimato.* Qui copulant, θυμουμένῳ φρενὶ, male labuntur: hoc enim eſt abuti Atticiſmi licentia, quum ſemper effeminata dictione occurrat v. Φρὴν in Euripide. Ποιεῖσθαι φρενὶ, eſt *iudicare*, *exſiſtimare*, quam poteſtatem etiam habet v. ποιεῖσθαι nude poſitum. Neque Latinis iſta ſignifi-

Ἐγὼ τὸ μὲν σὸν σῶμ᾽, ὑφ᾽ οὗπερ ηὐτύχουν,
Σώζειν ἕτοιμός εἰμι, κοὐκ ἄλλως λέγω.
Ἃ δ᾽ εἶπον εἰς ἅπαντας, οὐκ ἀρνήσομαι,
Τροίας ἁλούσης, ἀνδρὶ τῷ πρώτῳ στρατοῦ
Σὴν παῖδα δοῦναι σφάγιον ἐξαιτουμένῳ.
Ἐν τῷδε γὰρ κάμνουσιν αἱ πολλαὶ πόλεις,
Ὅταν τις ἐσθλὸς καὶ πρόθυμος ὢν ἀνὴρ
Μηδὲν φέρηται τῶν κακιόνων πλέον.
Ἡμῖν δ᾽ Ἀχιλλεὺς ἄξιος τιμῆς, γύναι,
Θανὼν ὑπὲρ γῆς Ἑλλάδος κάλλιστ᾽ ἀνήρ.

Οὐκουν

ſignificatio eſt ignota, qui *facio* ſaepius vſurpant, pro *fingo, pono*. *Cicero* L. XV. ep. 18. ad fam. *Facio, me alias res agere:* et in L. I. de Nat. Deor. *Plato facit mundum aedificari a Deo.* Τὸ θυμουμένον eſt *adfectus*, hic *ira*, excandeſcentia. Multa autem ſomniant Scholaſtici de triplici mentis diuiſione in τὸ λογικὸν, θυμικὸν et ἐπιθυμητικὸν, quorum priori in cerebro, medio in corde et poſteriori in hepate ſedem parauerunt. V. 302. κ᾽ οὐκ ἄλλως λέγω, *neque id negare vnquam cupio*. V. 303. Ἃ δ᾽ εἶπον εἰς ἅπαντας, *quam vero in vniuerſa Achaeorum concione edixi ſententiam*, οὐκ ἀρνήσομαι, *hanc nunquam reuocabo*. Laudanda autem eſt aequitas, qua Vlyſſes meritis Pelidae ſuum pretium ſtatuit, quem ἀνδρὰ τὸν πρώτον στρατοῦ adpellare non dubitat.

V. 306 - 310. Quamuis praeclara, quae his verſibus ineſt ſententia, non ſolum patrias Tragici, ſed pleraſque etiam noſtras ciuitates earumque perverſitates in diſtribuendis praemiis caſtiget, praecipue tamen ad auram popularem Athenienſium reſpexiſſe videtur poeta, quae rhetores ignobiles, ſed blande ſeruientes, maximis diuitiis mactatos ad ſummos honores euchebat, viros autem bonos et de patria optime meritos non raro oſtraciſmo exſulabat. Ἀνὴρ πρόθυμος, Schol.

ἀν-

Ουκȣν τόδ' αἰσχρὸν, εἰ βλέποντι μὲν φίλῳ
Χρώμεσθ', ἐπεὶ δ' ὄλωλε, μὴ χρώμεσθ' ἔτι;
Ειεν· τί δῆτ' ἐρεῖ τις, ἤν τις αὖ φανῇ
Στρατȣ̃ τ' ἄθροισις, πολεμίων τ' ἀγωνία,
Πότερα μαχȣ́μεθ', ἢ φιλοψυχήσομεν,

V. 312. Pro ὄλωλε membranae *Brunckianae* praeferunt ἄπεſι, quod et in textum recepit V. C. Contendit nimirum, ſicut ἔſι ſaepius ſignificat, *in viuis eſt*, ita etiam v. ἄπεſι, *e viuis exceſſit*, εὐφημότερον eſſe. Quam quidem v. poteſtatem non ſolum in dubium vocauit *Steinbrychel*, ſed lectionem ipſam pro frigida declarauit. In vulgatam omnium cod. ſcripturam conſentiunt etiam *Moſcovienſ.* et *Vittemb.* cum Scholiaſta, qui ὄλωλε explicat per διεφθάρη.

ἀνδρεῖος, *vir ſtrenuus*, quem nulli labores detinent, quin officio ſuo rite fungatur.

V. 311 - 316. Ουκοῦν τόδ' αἰσχρὸν, εἰ βλέποντι μὲν φίλῳ χρώμεσθ'; *necne turpe eſſet, viuentis quidem amici auxilio vti, mortuum autem non conſiderare tanquam amicum?* Μὴ χρώμεσθ' ἔτι (ſc. φίλῳ); ſed graecorum verſuum breuitatem et emphaſin latina interpretatio vix adſequatur, quia χρᾶσθαι duplicem hic continet ſenſum, *vti amico* et *honorare amicum*. Pro ζῆν autem pulchre eſt βλέπειν, quod, vt et δέρκεσθαι et ὁρᾶν ornate hoc ſenſu adhibent poetae. *Iliad.* I. V. 88.

ὄυτις ἐμεῦ ζῶντος καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο.

quem vſum etiam nouerunt Romani ſcriptores, qui *video viuusque* iungunt. *Terent.* Eunuch. I. 1. V. 28. *Viuus videnſque* pereo. Suffulcit nunc poeta argumentis decretum Achaeorum, Polyxenam depoſcens victimam, quod nimirum in noua exercitus Graecorum ad aliud bellum collectione, quilibet miles, ſi inhonoratos videat bene pro patria mortuos, vitaret certaminis pericula, vitaeque ſuae conſuleret, ea ſecum perpendens, quae tri-

Τὸν κατθανόνθ᾽ ὁρῶντες ἐ τιμώμενον;
Καὶ μὴν ἔμοιγε ζῶντι μὲν καθ᾽ ἡμέραν,
Κεὶ σμίκρ᾽ ἔχοιμι, πάντ᾽ ἂν ἀρκέντως ἔχοι·
Τύμβον δὲ βελοίμην ἂν ἀξιέμενον
Τὸν ἐμὸν ὁρᾶσθαι· διὰ μακρȣ̃ γὰρ ἡ χάρις.
Ει δ᾽ οἰκτρὰ πάσχειν φῂς, τάδ᾽ ἀντάκεέ μȣ.

Εισὶν

V. 317. *Reiske* corrigit τὰ καθ᾽ ἡμέραν, et in verſu ſequenti πάνυ ἂν ἀρκούντως, quae autem ſcriptorem ſapiunt pedeſtrem.

tribuuntur Socrati: ἀνὴρ φεύγων πάλιν μάχεται. Quantum autem valeat eorum, qui pulchram mortem obiere pro patria, apud ſuperſtites gloria et exſiſtimatio ad verae virtutis amorem in animis militum inflammandum, docet vel recentiſſimum regis omnium maximi exemplum.

V. 316 - 320. Ego quidem, ſi vel tam curta eſſet ſupellex, vt victus in craſtinum diem non ſufficiat, etiam paucis contentus eſſem: tumulum autem meum honoratum conſpici velim, quia eiusmodi honos poſteritatis attingit memoriam. Ἀρκούντως ἔχοι pro ἀρκοῖ, nota periphraſi. Διὰ μακροῦ γὰρ ἡ χάρις: ſeri adhuc nepotes, monimentum ſepulcri conſpicientes, celebrant gloriam et memoriam mortui. Non autem ex vana laudis cupidine gloriam ſibi ſuperſtitem petiiſſe Vlyſſem, iudicandum eſt: nam maximo probro ſibi ducebant Graeci, inhonoratos et inultos relinquere vita defunctos. Sic *Electra* teſtatur apud Sophoclem, v. 245. ſq. omnem pietatem et pudorem periturum eſſe inter mortales, ſi cineres patrios inultos iacere ſineret. Ει γὰρ ὁ μὲν θανὼν γᾶ τε καὶ ὀυδὲν ὢν κείσεται τάλας, ὀι δὲ μὴ πάλιν δώσουσιν ἀντιφόνους δίκας, ἔῤῥοι τ᾽ ἂν αἰδὼς, ἁπάντων τ᾽ ἐυσεβία θνατῶν.

V. 321 - 325. Quamuis miſerum ſit ſolamen, ſocios habuiſſe malorum, poſſunt tamen lenire et minuere querelarum Hecubae acerbitatem argumenta

ANAGNOSTIRIO

Εἰσὶν παρ' ἡμῖν, ἐδὲν ἧσσον ἄθλιαι,
Γραῖαι γυναῖκες ἠδὲ πρεσβύται, σέθεν,
Νύμφαι τ' ἀρίϛων νυμφίων τητώμεναι,
Ὧν ἥδε κεύθει σώματ' Ἰδαία κόνις.
Τόλμα τάδ'· ἡμεῖς δ', εἰ κακῶς νομίζομεν

ta Vlyſſis, quod Graecis mulieribus haud minores perferendae eſſent calamitates. Etiam apud nos multi infelices ſenes nobilesque matronae lugent mortem filiorum, multaeque ſponſae et vxores deplorant maritos, puluere Iliaco ſepultos. Νύμφαι, non ſolum ſponſae, ſed etiam αἱ ἄρτι εἰς γάμον ἐρχόμεναι, vt et νυμφίοι, mariti. Ornate autem poſitum eſt νύμφαι, quia acerbior eſt luctus, quem ſponſa capit ex morte ſponſi, quam triſtitia vxoris in iactura mariti. Etiam in v. 325. praeclare dictum eſt ὧν σώματα ἥδε κεύθει Ἰδαία κόνις.

V. 326-331. Τόλμα τάδ', *perfer haec et obdura.* Ἡμεῖς — ὀφλήσομεν: nos enim, ſi inhonoratum relinquere decerneremus heroem, inſcitiae et ruditatis rei eſſemus. In ſequentibus ἡγεῖσθε et θαυμάζεσθε recte poſt *Heathium* imperatiue explicandum iubent Musgrauius et Steinbrychel, quia alias ἐντυχεῖ ponendum fuiſſet et ἔχετε. Θαυμάζειν, ſenſu praegnante, obſeruantiam atque cultum erga mortuos heroes continet. Omnia haecce non ſine magna animi commotione pronuntiauit Vlyſſes, iniqua ſane erga barbaros indignatione adeo exacerbatus, vt eos vel propterea iuſta perpeti mala arbitraretur, quia fortes poſt mortem victimis humanis honorare neſcirent. Sed debuerat omnino poeta iſta peruerſo patriae amori et religioſae erga heroes obſeruantiae tribuere, quia Vlyſſes et Graeci apud ipſos ſpectatores crudelitatis et barbariei ſuſpicionem vix effugiſſent, quamuis aeuo Homerico immolationes hominum, hoſtium in primis et hoſpitum, non aequo, quo poſtea, horrore time-

Τιμᾷν τὸν ἐσθλὸν, ἀμαθίαν ὀφλήσομεν.
Οἱ βάρβαροι δὴ μήτε τοὺς φίλους, φίλους
Ηγεῖσθε, μήτε τοὺς καλῶς τεθνηκότας
Θαυμάζεθ᾽, ὡς ἂν ἡ μὲν Ελλὰς ἐυτυχῇ,
Υμεῖς δ᾽ ἔχηθ᾽ ὅμοια τοῖς βουλεύμασιν.

ΧΟΡ. Αἰ, αἰ· τὸ δοῦλον ὡς κακὸν πέφυκ᾽ ἀεὶ,
Τολμᾷ θ᾽ ἃ μὴ χρὴ, τῇ βίᾳ νικώμενον.

ΕΚ. Ω θύγατερ, οἱ μοι μὲν λόγοι πρὸς αἰθέρα
Φρου-

V. 328. v. φίλους ſemel tantum exhibent edd. *Baſill.* Verſ. 330. et ſeq. hac ratione conſtituendos putat *Steinbrychel*, ὡς, ἂν ἡ. μ. E. ἐυτυχῇ, Υ. δ᾽ ἔχοιθ᾽ ὅμοια τ. β. *Sic, dum floreat Graecia, vos habeatis, quae ſint veſtris conſiliis conſentanea.* Ωσὰν, quod in vulgatis cohaeret, iam diuiſe praefert ed. *Steph.* et *Brunck.*

V. 332. Sic poſt *Steph. Brunck*, quamuis membranae eius exhibeant πεφυκέναι. Tunc autem oratio paulo immutanda atque ita eſſet ſtruenda: ὡς κακὸν τὸ δοῦλον πεφυκέναι καὶ τολμᾷν τῇ βίᾳ νικώμενον, ἃ μὴ χρή. Sed recte iam monitum eſt, hancce phraſin eſſe impeditiorem vulgata. Lectionis tamen ambiguitas iam crucem fixit Scholiaſtae.

V. 334. Ουμοι edd. omnes. *Brunck* autem hanc lectionem tanquam e purioris Atticiſmi penetralibus prolatam pro mera corruptela declarat

timebantur. Vid. *Iphig.* in Tauris.

V. 332. ſeq. Verba ita ſunt iungenda: *quantum malum eſt conditio ſeruilis, quae vi ſubiugata omnia perferre cogitur.* Τὸ δοῦλον ſc. πρᾶγμα poſitum eſt pro δουλεία. Quodſi autem alteram lectionem ſine vlla mutatione quis praeferat, tunc ita ordinanda eſſet orationis ſeries: ὡς κακὸν τὸ δοῦλον πεφυκέναι, (καὶ ὡς) τολμᾷ τῇ βίᾳ νικώμενον, ἃ μὴ χρή. Egregia interlocutione etiam hic viam ſternit chorus ad ſequentia.

V. 334 - 341. O filia, omnes meae

Φρεῦδοι, μάτην ῥιφέντες ἀμφὶ σοῦ φόνου·
Σὺ δ', εἴ τι μείζω δύναμιν, ἢ μήτηρ, ἔχεις,
Σπούδαζε, πάσας, ὥστ' ἀηδόνος στόμα,
Φθογγὰς ἱεῖσα, μὴ στερηθῆναι βίου.
Πρόσπιπτε δ' οἰκτρῶς τοῦδ' Ὀδυσσέως γόνυ,
Καὶ πεῖθ'· ἔχεις δὲ πρόφασιν. ἔστι γὰρ τέκνα
Καὶ τῷδε, τὴν σὴν ὥστ' ἐποικτεῖραι τύχην.

ΠΟΛ.

declarat poſt *Grotium* et *Valckenarium.* In verſu ſeq. ſcribendum autumat ῥιφθέντες, quam ſcripturam etiam defendit *Steinbrychel*, quod veteres Attici aoriſtos primos ſecundis praetuliſſent. Idem probare videtur Scholiaſtes.

meae preces pro vita tua in ventum ſunt effuſae. Ἀμφὶ σοῦ φόνου, de caede tua auertenda. V. 336 - 338. Tu autem, ſi maiorem matre habes dicendi facultatem, querulas luſciniae imitans voces omni modos ſonos emitte, ne vita priueris. Splendida autem comparatio eſt precum Polyxenae cum canoro luſciniae fletu, qui importunis eiulatibus opponitur, vt in *Soph. Aiace* v. 628. quibus chorus matrem dolet Aiacis, quae, ſi filii furores reſciuiſſet,

οὐδ' οἰκτρᾶς γόον ὄρνιθος
ἀηδοῦς
ἥσει δύσμορος, ἀλλ' ὀ-
ξυτόνους μὲν ᾠδὰς
θρηνήσει.

Bene autem nouerat Hecuba omnes Vlyſſis aditus, quod filiae ſuadet, liberorum ſuorum commemoratione animum paternum flectere: ſed Polyxenae non contigerant molliſſima fandi tempora. V. 339. Comparanda eſt Andromachae adhortatio ad filium Moloſſum, vt vitae ſeruandae cauſa ad genua Menelai prouolueretur, *Androm.* V. 529. ſ. λίσσου δὲ γούνασι Δεσπότου χρίμπτων, ὦ τέκνον. V. 340. ſ. καὶ πεῖθε, et perſuadere ei *conare*, ὥστ' ἐποικτεῖραι τύχην, ſi forte fortunae tuae miſereatur.

V. 341 - 345. Locus nobiliſſimus ſummam animi Polyxenae celſitatem viuidiſſimis coloribus

ANAGNOSTIRIO

ΠΟΛ. Ορῶ σ᾽, Οδυσσεῦ, δεξιὰν ὑφ᾽ εἵματος
Κρύπτοντα χεῖρα, καὶ πρόσωπον ἔμπαλιν
Στρέφοντα, μή σου προσθίγω γενειάδος.
Θάρσει· πέφευγας τὸν ἐμὸν Ἱκέσιον Δία

Ὡς

loribus depingens, quam vel dira mortis vicinitas deprimere nequit. Dum matris hortatu permota amplecti vult genua Vlyſſis et preces pro vita ſua fundere, videt durum Laertiaden peplo ſuo inuolui, vt neque manum ſuam attingere, nec mentum palpare poſſit. Quo quidem contemtu grauiter offenſa ſe ipſam non ſolum continet, ſed libere etiam profitetur, ſe morti animo lubentiſſimo obuiam ire. V. 345. πέφευγας τὸν ἐμὸν ἱκέσιον Δία, *effugiſti meum ſupplicem Iouem.* Duplicem interpretationem admittit haec ſententia. Poteſt enim explicari: *non tibi extimeſcenda eſt Iouis vindicta, qui ſupplicum eſt defenſor.* Odyſſ. IX. v. 270. Ζεὺς δ᾽ ἐπιτιμήτωρ ἱκετάων. Bene autem hanc in rem monuit *Steinbrychel*, ex veterum ſententia cuiusuis criminis facilius potuiſſe veniam a Diis impetrari, quam eius, quod in ſupplicem quis admiſiſſet. Attamen ſignificantius Polyxenam reſpondiſſe credam: *noli timere ſupplicationes meas.* Videtur autem non ſolum verior haec explicatio, ſed formulae religioſae ornatu etiam feſtiuior, quod frequentiſſimo prouerbii vſu, *adire Iouem ſupplicem*, vocabula Ζεὺς ἱκέσιος facile in eundem cum *precibus* ſignificatum abire potuerunt. Vid. Excurſ. IV. Non negligendus eſt ad h. l. Tantalus ſimili conſtantia moriens in *Senecae Thyeſt.* v. 720. ſeqq.

Stetit ſui ſecurus, et non eſt preces
Perire fruſtra paſſus: aſt illi ferus
In vulnere enſem abſcondit, et penitus premens
Iugulo manum commiſit, educto ſtetit
Ferro cadauer.

V. 346-356. Ὡς ἕψομαι χρήζουσ᾽. Nam ſequar te, cum, quia dira imperat neceſſitas,

Ὡς ἕψομαί σοι, τȣ͂ τ᾽ ἀναγκαίȣ χάριν,
Θανεῖν τε χρῄζȣσ᾽· εἰ δὲ μὴ βȣλήσομαι,
Κακὴ φανȣ͂μαι, καὶ φιλόψυχος γυνή.
Τί γάρ με δεῖ ζῆν, ᾗ πατὴρ μὲν ἦν ἄναξ
Φρυγῶν ἁπάντων. τȣ͂τό μοι πρῶτον βίȣ.
Επειτ᾽ ἐθρέφθην ἐλπίδων καλῶν ὕπο,
Βασιλεῦσι νύμφη, ζῆλον ȣ᾽ σμικρὸν γάμων
Εχȣσ᾽, ὅτȣ δῶμ᾽ ἑςίαν τ᾽ ἀφίξομαι·
Δέσποινα δ᾽, ἡ δύςηνος, Ιδαίαισιν ἦν
Γυναιξὶ, παρθένοις τ᾽ ἀπόβλεπτος μέτα,
Ισῃ θεῇσι, πλὴν τὸ κατθανεῖν μόνον·

Νῦν

V. 346. Γέ membranae *Brunckianae:* vulg. σοι. Cod. *Moſcou.* ἐ. σόι γε. Noſtram lectionem tuetur Scholiaſtes.

V. 350. Erudite coniectat *Muſgraue:* τρόπις βίου. Sed bene iam oggeſſit *Steinbrychel*, in vtroque loco, ad quos prouocari poſſet, continuari metaphoram nauis iam ante coeptam.

V. 352. Vulgata eſt γάμου. Bene πληθυντικῶς edidit *Brunck* ex membranis, non ſolum ob euphoniam, ſed quia plurium procorum aemulationem oſtendit haec lectio.

ſitas, tum, quia ipſa mortem expeto. In ſequentibus praeclare expedit rationes, quae ſuadeant, vt vitae calamitates morte finiret. V. 349. Τί γάρ με δεῖ ζῆν; quod quaeſo mihi adhuc eſſe poſſet deſiderium vitae? Splendidiores ſunt querelae Ius in *Aeſchyl. Prom. Vinct.* v. 746. ſeqq. quam vt hic praeteriri poſſint: Τί δῆτ᾽ ἐμοὶ ζῆν κέρδος, ἀλλ᾽ ὀυκ ἐν τάχει Ερριψ᾽ ἐμαυτὴν τῆσδ᾽ ἀπὸ ςυφλοῦ πέτρας, Οπως πέδῳ σκήψασα, τῶν πάντων πόνων Απηλλάγην; κρεῖσσον γὰρ εἰσάπαξ θανεῖν, Η τὰς ἁπάσας ἡμέρας πάσχειν κακῶς. V. 351. τοῦτο μοι πρῶτον βίου, innutrita ſum a teneris luxus regii ſplendori. V. 352. ζῆλον ἔχουσ᾽, ὅτου

δῶμ᾽

Νῦν δ' εἰμὶ δούλη· πρῶτα μέν με τοὔνομα
Θανεῖν ἐρᾷν τίθησιν, οὐκ εἰωθὸς ὄν·
Ἔπειτ' ἴσως ἂν δεσποτῶν ὠμῶν φρένας
Τύχοιμ' ἄν, ὅστις ἀργύρου μ' ὠνήσεται,
Τὴν Ἕκτορός τε, χ' ἀτέρων πολλῶν, κάσιν·
Προσθεὶς δ' ἀνάγκην σιτοποιὸν ἐν δόμοις,

Σαίρειν

V. 361. Elegans et exquiſita eſt *Brunckii* coniectura, qui pro χ' ἀτέρων reponendum autumat κἀγαθῶν. Sed vide not.

V. 362. προσθεὶς Aldina, quam expreſſit *Muſgraue*, cum codd. *Moſcou.* et *Brunckio.* Reliquae edd. omnes, tam veteres, quam recentiores tuentur vulgatam lectionem προθεὶς, ſuffragante Scholiaſta. In compoſitis

πρὸς

δωμ' ἐφίζομαι, iam beatum praedicabant eum, in cuius tecta aliquando venirem, et hanc ei felicitatem inuidebant. V. 354. f. Δέσποινα ἦν, honorabant me tanquam reginam matronae Iliacae: μέτα παρθένοις τ' ἀπόβλεπτος, et inter virgines conſpicua primum locum ſemper occupabam, chorumque ducebam, ἴση θεῇσι, v. c. Dianae et Nymphis, quibus ſaepe adſimilantur ſplendidae puellae.

V. 357 - 361. In eadem verba erumpit Tecmeſſa ab *Aiace* capta apud *Sophocl.* v. 489. νῦν δ' εἰμὶ δούλη Haec autem ſeruilis conditionis durities ita diſplicet Polyxenae, vt mortem praeferat tantis calamitatibus, primum (πρῶτα μέν), quia ſuauior et iucundior eſt exitus e vita, quam inſuetum ſeruitutis nomen; deinde (ἔπειτα v. 359.), quia forte, vel pretio facile barbaris ſaeuisque dominis, δεσποτῶν ὠμῶν (κατὰ) φρένας, addici poſſet, quamuis Hectoris, multorumque aliorum principum Troianorum ſoror ſit. Qui autem ſint ἕτεροι πολλοί, nemo interrogabit, qui Paridem, Helenum, Deiphobum, Polydorum aliosque Priami filios nouerit.

V. 362 - 366. Recenſet nunc vilia officia, quibus ſeruae defungi

Σαίρειν τε δῶμα, κερκίσιν τ᾽ ἐφεςάναι,
Λυπρὰν ἄγουσαν ἡμέραν μ᾽ ἀναγκάσει·
Λέχη δὲ τἀμὰ δοῦλος ὠνητὸς ποθὲν
Χρανεῖ, τυράννων πρόσθεν ἠξιωμένα.
Ου δῆτ᾽· ἀφίημ᾽ ὀμμάτων ἐλεύθερον

I 2 Φέγ-

πρὸς et πρὸ a librariis ſaepius commutantur, vt *Valckenarius* clare oſtendit ad *Ammonium*. Ἀνάγκῃ praefert vnus e codd. Moſcou. quorum alius habet ἀναγκάσῃ, v. 364.

fungi cogebantur, et quorum vel leuiſſima cogitatio iam terrorem incutiebat animo. Atque hic primum timet, ne toruo vultu dominus ei adſignaret et proponeret ἀνάγκην σιτοποιὸν, neceſſitatem piſtoriam h. e. ne ad frumenti grana in mola manuali, ſeu verſatili, conterenda adhiberetur. Hoc enim negotii plerumque mulieribus dabatur, vt vel ex *Homero* notum, *Odyſſ.* XX. v. 108. ſ. vbi duodecim ſeruae, vna poſt alteram, molam verſabant, ἄλφιτα τεύχουσαι καὶ ἀλείατα, μυελὸν ἀνδρῶν. Aliud munus ſeruile erat, σαίρειν δῶμα, ſcopis verrere domum. Hunc laborem etiam Hermione adſignat Andromachae in fab. cog. v. 166. vbi domum aqua ex aureis vaſis conſperſam purgare iubetur. Κερκίσιν ἐφιςάναι, rem textoriam curare, muliebre erat negotium, quo etiam feminae ingenuae, imo et reginae occupabantur, quae ſaepius λεπτώτατα ὑφάσματα conficiebant, quod vel Penelopae artificium docet. Hoc autem quam maxime regiam virginis mentem percellit, quod a vili ſeruo lectum ſuum commaculatum iri putat, quo reges antea beari debebant. Χραίνειν de inſigni et cruenta inprimis caedis macula vſurpatur: vid. *Ai.* v. 43.

V. 367-376. Ἀφίημι ὀμμάτων ἐλεύθερον φέγγος: relinquo liberum oculorum lumen h. e. ſponte et libere ex hac vita concedam. Eſt enim φέγγος, lux quam videmus: inde v. 1048. infra, τυφλὸν φέγγος

Φέγγος τόδ᾽, Ἀιδῃ προσιθεῖσ᾽ ἐμὸν δέμας.
Ἀγ᾽ ἆν μ᾽, Ὀδυσσεῦ, καὶ διέργασαί μ᾽ ἄγων.
Οὔτ᾽ ἐλπίδος γὰρ, ὄυτε τȣ δόξης ὁρῶ
Θάρσος παρ᾽ ἡμῖν, ὥς ποτ᾽ εὖ πρᾶξαί με χρή.
Μῆτερ, σὺ δ᾽ ἡμῖν μηδὲν ἐμποδὼν γένῃ
Λέγȣσα, μήτε δρῶσα· συμβȣ́λȣ δ᾽ ἐμοὶ
Θανεῖν, πρὶν αἰσχρῶν μὴ κατ᾽ ἀξίαν τυχεῖν.

Οςις

V. 369. Ἄγου MSS. nonnulli. V. 370. ſ. Hariolatur *Reiske:* mutat enim atque corrigit, ἐλπίδας et τοὐκ δόξης et παρ᾽ ὑμῖν, quae omnia foecundi ingenii luſum teſtantur. Vltima ſaltem emendatio digna eſſet, quae a membranis confirmaretur.

Φέγγος, coecitas. Quod in Homero eſt γλυκὺ ἡλίου φάος, dulcis, qua fruimur, vita, hoc in loco noſtro ſignificat ἐλεύθερον ὀμμάτων φέγγος, liberam vitam. Patet vel exinde, quod iam ſupra adfirmauimus, Polyxenam nulli adhuc domino addictam fuiſſe. Ἀιδῃ προσιθεῖσ᾽ ἐμὸν δέμας, me ipſam orco deuouens. Miſere argutantur, qui ad opinionem eorum adludi putant, qua corporis materia poſt mortem in elementa rurſus diſtribui credebatur. V. 369. Διέργασαι μ᾽ ἄγων, duc me ad immmolationem! Διεργάζεσθαι enim et ἐπεξεργάζεσθαι idem eſt ac ἐπισφάζειν, vt bene notat Scholiaſtes Sophoclis ad *Antig.* v. 1288. Reſpondet itaque v. ἐκπράσσειν, infra v. 515. quod, vt et Latinorum *conficere*, de nece atque caede vſurpatur. V. 370 ſ. Nulla enim ſpes aut opinio hanc nobis inſpirat animi confidentiam, θάρσος, nos ad aliquam adhuc felicitatem emerſuras eſſe.

V. 372-374. Μᾶτερ — δρῶσα. Tu itaque, mater, neque verbis, neque factis, vllo modo a propoſito nos detineas. Γενέσθαι ἐν ποδῶν, eſt implicare pedes, ne quis progredi poſſet, ſicut ποιεῖν ἐκ ποδῶν, fugare. Συμβούλου — τυχεῖν. Sis potius mortis mihi auctrix, priusquam ea perpeti et face-

re

ANAGNOSTIRIO

Οϛις γὰρ οὐκ εἴωθε γεύεσθαι κακῶν,
Φέρει μὲν, ἀλγεῖ δ', αὐχέν' ἐντιθεὶς ζυγῷ·
Θανὼν δ' ἂν εἴη μᾶλλον εὐτυχέϛερος,
Η ζῶν. τὸ γὰρ ζῆν μὴ καλῶς, μέγας πόνος.
ΧΟΡ. Δεινὸς χαρακτὴρ, κἀπίσημος ἐν βροτοῖς,
Εσθλῶν γενέσθαι, κἀπὶ μεῖζον ἔρχεται
Τῆς εὐγενείας τοὔνομα τοῖσιν ἀξίοις.

I 3 EK.

V. 375. *Stobaeus* Tit. XXX. pro κακῶν habet πόνων. Sed vide, quae diximus ad v. 294.

V. 381. *Kingius* ὄνομα ſine articulo, quam lectionem tuetur *Muſgraue*, inuito *Brunckio*, et repugnantibus plerisque libris impreſſis et manu exaratis. Duo tantum codd. *Moſcou.* legunt ὄνομα.

re cogar, quae regiam dignitatem et generationem deturpant. Sunt autem αἰσχρὰ μὴ κατ' ἀξίαν, officia ſeruilia, quae antea commemorauit, et quibus alia inſuper addit Tragicus in *Troad.* v. 494. ſ.

V. 375 - 378. Exquiſitiſſima ſententia claudit ſermonem Polyxenae. Qui in gremio fortunae deliteſcens nullas adhuc deguſtauit calamitates, quum ſubito illis oppreſſus fuerit, ferre quidem eas cogitur, φέρει μέν: quis enim dirae reluctetur neceſſitati? ſed dolens admodum collum ſubmittit iugo. Θανὼν — πόνος. Exoptatior omnino mors illi eſſet, prae vita: inhoneſte enim et infeliciter viuere, ingens eſt infortunium. Expreſſa videri poſſet oratio ex Aeſchyli *Prom. Vinct.* v. 749. ſ. κρεῖσσον γὰρ εἰσάπαξ θανεῖν, Η τὰς ἁπάσας ἡμέρας πάσχειν κακῶς.

V. 379 - 381. *Magna ſane atque ſplendida mortalium eſt praerogatiua, a bonis atque fortibus natum eſſe: ſed mirum in modum adauget hanc nobilitatem interna animi generoſitas.* Atque hunc admirabundi chori adſenſum omnino meruerat praeclaris dictis ſuis Polyxena. Imago in verbis, δεινὸς χαρακτὴρ κἀπίσημος, ducta eſt a ſculptura artis in lapide, ſeu

argen-

ΕΚ. Καλῶς μὲν εἶπας, θύγατερ· ἀλλὰ τῷ καλῷ
Λύπη πρόσεστιν. εἰ δὲ δεῖ τῷ Πηλέως
Χάριν γενέσθαι παιδὶ, καὶ ψόγον φυγεῖν
Υμᾶς, Οδυσσεῦ, τήνδε μὲν μὴ κτείνετε·
Ημᾶς δ᾽ ἄγοντες πρὸς πυρὰν Αχιλλέως,
Κεντεῖτε, μὴ φείδεσθ᾽· ἐγὼ τέκον Πάριν,
Ος παῖδα Θέτιδος ὤλεσεν τόξοις βαλών.

ΟΔΥΣ.

V. 387. *Brunckius*, ἔτεκον ἐγὼ Πάριν, ex ingenio, quia vulgata ei ſcriptura inconcinna videbatur. Sed recte iam monuit *Steinbrychelius*, emphaſeos magis, quam concinnitatis in adfectu rationem hic eſſe habendam: qua quidem in ratione eo lubentius adquieſcimus, quum nobis perſuaſum ſit, Brunckianae emendationis felicitatem atque εὐφωνίαν, criticam temeritatem excuſare quidem poſſe, ſed vix defendere. Pro κεντεῖτε *Oporiniana* habet κτενεῖτε, quod omnino in hac adfectus vehementia languet. Accedit, quod iam occurriſſet κτείνετε v. 385. ita, vt facile corruat antiqua haec librarii aberratio, quam pro noua coniectura venditat cenſor *Muſgrauii* in Bibl. Crit. Amſt. p. 29.

argento, quod ἄσημον adpellabatur, ſi caelum nondum expertum fuiſſet.

V. 382 - 388. Καλῶς -- πρόσεστιν. Omnia quidem haecce honeſte et praeclare edixiſti, filia: ſed iſta tua verborum honeſtas luctum mihi adfert et moerorem. Atque nunc conuertitur ad Vlyſſem Hecubae oratio. V. 384. ſ. Ψόγον φυγεῖν, ingrati nimirum animi criminationem, de qua vide v. 324. ſ. Πυρὰ Αχιλλέως eſt τύμβος, tumulus. Ημᾶς κεντεῖτε, μὴ φείδεσθε: me quouis ſupplicio et cruciatu confodite, neque vllo pacto mihi parcite! ego enim ſum Paridis genetrix, qui diuum veſtrum Achillem iaculis ſuis interſecit. Pulchre autem in ſe transfert pia mater culpam atque crimen Polyxenae, vt hanc ſibi ſeruaret ſuperſtitem. Praeclarum ſane pietatis inter matrem et filiam certamen, quarum vtraque pro alterius ſalute mortem obire cupit!

ΟΔΥΣ. Ου σ᾽, ὦ γεραιὰ, κατθανεῖν Αχιλλέως
Φάντασμ᾽ Αχαιοὺς, ἀλλὰ τήνδ᾽, ᾐτήσατο.
ΕΚ. Υμεῖς δέ μ᾽ ἀλλὰ θυγατρὶ συμφονεύσατε,
Καὶ δὶς τόσον πόμ᾽ αἵματος γενήσεται
Γαίᾳ, νεκρῷ τε, τῷ τάδ᾽ ἐξαιτουμένῳ.
ΟΔΥΣ. Αλις κόρης σῆς θάνατος· οὐ προσοιςέος
Αλλος πρὸς ἄλλῳ· μηδὲ τόνδ᾽ ὀφείλομεν.
ΕΚ. Πολλή γ᾽ ἀνάγκη θυγατρὶ συνθανεῖν ἐμέ.
ΟΔΥΣ. Πῶς; οὐ γὰρ οἶδα δεσπότας κεκτημένος.

ΕΚ.

V. 395. Membranae et *Aldus* ὠφείλομεν.

V. 389 - 393. Ου σὲ — ᾐτήσατο. Sed non te, o matrona, ſed hanc, δεικτικῶς, Polyxenam nimirum, ad immolationem, κατθανεῖν, ſibi propoſcerunt manes Achillis. V. 391. ſeqq. Υμεῖς ἀλλὰ με θυγατρὶ συμφονεύσατε: vos itaque me vna cum filia interficiatis! Aurea enim eſt iſta in definienda particularum et coniunctionum ſignificatione regula: conſtituenda eſt earum poteſtas ex contextu. Αλλὰ, *itaque*, *agite*. Καὶ δὶς - ἐξαιτουμένῳ, vt duplicem ſanguinis portionem abſorbeat terra manesque, qui hanc poſtularunt victimam. Memoratu autem in primis dignum videtur, iratos veterum manes, ex temeraria eorum perſuaſione, nulla re facilius potuiſſe placari, quam cruentis victimarum riuulis. Simulac potus iſte promanabat ſuauiſſimus, auide imbibebant guttas fumantes, manesque offenſi rurſus fiebant propitii. Bibebat autem etiam γαία Plutonis nomine inferias, vino, melle et lacte mixtas. Vide ad v. 535.

V. 394 - 401. Ου προσοιςέος ἄλλος πρὸς ἄλλῳ: non adcumulanda eſt alia victima in aliam. Μήδε τόνδ᾽ ὀφείλομεν: vtinam ne hanc quidem deberemus Achilli! Particula μηδὲ, plenariam optandi vim continens, eleganter iungitur indicatiuo, cum alias ſubiunctiuum

ΕΚ. Οποῖα κισσὸς δρυὸς, ὅπως τῆσδ᾽ ἕξομαι.
ΟΔΥΣ. Ουκ· ἤν γε πείθῃ τοῖσι σȣ̃ σοφωτέροις.
ΕΚ. Ως τῆσδ᾽ ἑκȣ̃σα παιδὸς ȣ̓ μεθήσομαι.
ΟΔΥΣ. Αλλ᾽ ȣ̓δ᾽ ἐγὼ μὴν τήνδ᾽ ἄπειμ᾽ αὐτȣ̃ λιπών.

ΠΟΛ.

V. 398. *Reiske* emendauerat ὁμοῖα, atque hanc ſcripturam poſt *Musgrauium* non ſolum probauit, ſed etiam in textum recepit *Brunckius*. Etiam *Steinbrychel* patrocinatus eſt huic lectioni, ita, vt vel tantorum virorum auctoritas lectori de veritate et ſinceritate huius ſcripturae perſuadere poſſit. At enimuero codd. vnanimiter conſentiunt in lectionem ὁποῖα. In *Phoen.* autem v. 173. ad quem locum prouocauit doctiſſimus Heluetus, v. ὁμοῖα, pro ὁμοίως, tertio caſui iungitur, quem vel hic requireret orationis ſeries. Accedit, quod v. ὁποῖα, quod pro vnica vera lectione habeo, in Anthologia et alibi, quamuis rarius, attamen apte occurrat pro ὡς, ὥσπερ. Pro ἕξομαι cod. Moſcou. praefert ἅψομαι, quam gloſſam Graeculus quidam textui intruſit.

V. 399. Sic iam olim ex Scholiaſtae auctoritate textum refinxerat *Canterus*, quem *Barneſius*, omnesque recentiores ſecuti ſunt. Quodſi autem iuſta interpunctione animetur oratio, egregium ſane ſenſum fundit codd. antiquorum lectio, quam tamen, ne religioſis nimium diſpliceamus Criticis, huc tantum adponimus. Ου μὴν γε πείθῃ τοῖσι σοῦ σοφωτέροις; *Nullane igitur ratione illis obtemperabis, qui te multo ſunt ſapientiores?*

V. 401. Edd. vett. μιν, quam lectionem *Brunckius* poſt *Muſgrauium* recte ex membranis refinxit in μὴν, vt et cod. *Moſcou.* habet. Alius cod. *Moſcou.* praefert μὲν.

ctiuum requirat. V. 396. Πολλὴ ἀναγκὴ, maternum exprimit adfectum, dum fingit, ſe ſine filia viuere non poſſe. V. 397. Πῶς — κεκτημένος. Quomodo? ego non tales mihi comparaui captiuas, quae mihi imperare poſſent. V. 389. Οποῖα iam Scholiaſtes recte explicuit per ὥσπερ, et ὅπως per οὕτως. Cum ſententia comparandus eſt v. 1097. in *Pluto* Ariſtoph. vbi mulier ὥσπερ λεπὰς τῷ μειρακίῳ προσέχε.

ΠΟΛ. Μῆτερ, πιθοῦ μοι· καὶ σὺ, παῖ Λαερτίου,
Χάλα τοκεῦσιν εἰκότως θυμουμένοις.
Σὺ δ', ὦ τάλαινα, τοῖς κρατοῦσι μὴ μάχου.
Βούλει πεσεῖν πρὸς οὖδας, ἑλκῶσαί τε σὸν
Γέροντα χρῶτα, πρὸς βίαν ὠθουμένη,
Ἀσχημονῆσαί τ', ἐκ νέου βραχίονος
Σπασθεῖσ'; ἃ πείσῃ μὴ σύ γ'· οὐ γὰρ ἄξιον.

Ἀλλ',

V. 408. *Brunckius* poſt *Reiskium* et *Muſgrauium* interpungit poſt πείσῃ, vbi *Steinbrychelio* interprete hic eliciendus eſſet ſenſus: *quae tibi accident; ſed mea tu caue quaeſo.* Etiam cod. Moſcou. confirmat hanc orationis inciſionem, cui inſuper adhuc fauere videtur formula μὴ σύγ', *abſtine*, quae blandientis adfectum continet; docente ſummo *Valckenario* ad *Phoen.* v. 535. At enimuero quodnam ex hac verborum conſtructione, quae mihi ſaltem ſatis videtur contorta, ſenſui accedat commodum, in praeſentia nondum compertum habeo. Amplector itaque vulgatam lectionem, quam bene iam explicuit Scholiaſtes: καὶ σύ γε, μὴ πάθῃς ταῦτα.

ἔχεται. V. 400. Ὡς - μεθήσομαι: ego quidem lubens a filia mea nunquam auellar. Sed graui vultu et qui ſolus imperantem domini vocem prodat, regerit Vlyſſes Hecubae, extremis adhuc viribus reſiſtenti: neque ego certe filiam tuam relicturus abibo! V. 402 - 408. Prima haec eſt pars orationis Polyxenae, qua matrem a repentino mortis conſilio reuocare ſtudet. Conuertitur autem ad matrem, ad Vlyſſem et rurſus ad genetricem, vt vbique concitatos animi adfectus temperare et pacare queat. Notent ante omnia tirones, quos viuido pulchri ſenſu inſtruxere Muſae, creſcentem orationem et tenerrimae pietatis ſignificationem. V. 403. Placide quidem ignoſcas matri, Laertiade, quam iuſta indignatio excitauit. Χαλᾷν eſt concedere, et quaſi ius ſuum ſoluere. V. 404. f. Oſtendit nunc Po-

 lyxena

Ἀλλ', ὦ φίλη μοι μῆτερ, ἡδίστην χέρα
Δὸς, καὶ παρειὰν προσβαλεῖν παρηΐδι·
Ὡς οὔ ποτ' αὖθις, ἀλλὰ νῦν πανύστατον
Ἀκτῖνα κύκλον θ' ἡλίου προσόψομαι.
Τέλος δέχου δὴ τῶν ἐμῶν προσφθεγμάτων.
Ὦ μῆτερ, ὦ τεκοῦσ', ἄπειμι δὴ κάτω —

ΕΚ.

V. 409. Bene *Brunck* exterminauit lectionem Aldinae ἡδίσταν, quae male ſaepius Doriſmos inuexit textui, legitimam ex membranis ſubſtituens ſcripturam, quam codd. etiam Moſcouienſes probant.

V. 411. Quam iam olim ex duobus codd. Leid. euulgauerat lectionem *Valckenarius* ad Hippol. p. 139. πανύστατον, pro vulgari hiatu πανύστατα, hanc etiam Brunckianae et Moſcouienſes membranae confirmarunt. V. 413. Nonnulli codd. δέχῃ.

lyxena, inanem eſſe ſine viribus iram, ſi domino ſuo etiam reſiſtere conetur Hecuba: facile enim fieri poſſe, vt manu Vlyſſis, ἐκ νέου βραχίονος, qui iam minatus fuerat (v. 225.), ſe vi eam a filia diuulſurum eſſe, in terram proſtrata indecoris vulneribus contaminetur. Ἑλκῶσαι, dare occaſionem vulneri, plagis atque ictibus ſe exponere. V. 408. Omnia iſta tu neutiquam permittes: ſunt enim aetate tua plane indigna.

V. 409 - 414. Sequitur altera pars ſermonis Polyxenae, dulciſſimi adfectus pleniſſima, in qua vel paucis admonere iuuat ſcholarum magiſtros de iis, quae acutiſſimus pulchri iudex praecepit ad inſignes Aeneidis verſus, poſſe nimirum tironum indolem ex eiusmodi locorum lectione optime diiudicari. Cogitanda hic eſt regia virgo, vt manum porrigens matri, lachrymabunda illam amplectitur, v. 410 - 412. et dicto vltimo vale, certa mori floridam dolet iuuentam, ex qua ἀνυμέναιος excedere, cogitur, v. 414. ſ. Caliginoſos autem putant locos infernos, quapropter ſoli et luci vale dicunt, qui exeunt ex hac vita. Confer. cum v. 412. *Oed.* T.

ΕΚ. Ω θύγατερ, ἡμεῖς δ' ἐν φάει δȣλεύσομεν.
ΠΟΛ. Ανυμφος, ἀνυμέναιος, ὧν μ' ἐχρῆν τυχεῖν.
ΕΚ. Οικτρὰ σὺ, τέκνον· ἀθλία δ' ἐγὼ γυνή.
ΠΟΛ. Εκεῖ δ' ἐν Αιδȣ κείσομαι χωρὶς σέθεν.
ΕΚ. Οι μοι τί δράσω; ποῖ τελευτήσω βίον;
ΠΟΛ. Δȣλη θανȣμαι, πατρὸς ȣ̃σ' ἐλευθέρȣ.
ΕΚ. Ημεῖς δὲ πεντήκοντ' ἄμμοιροι δὴ τέκνων.

V. 415. Codex primus Moſcou. δουλεύσωμεν.

V. 421. *Brunck*, πεντήκοντά γ' ἄμμοροι τέκνων, qui particulam δὴ ab inepto librario ad fulciendum verſum additam eſſe iudicat. Sed iure huic mutatioui, quam nulli confirmant codices, ſe iam obiecit *Steinbrychel*.

T. v. 1183 ὦς φῶς, τελευταῖόν σε προσβλέψαιμι νῦν. et *Antig*. 808. νέατον δὲ φέγγος λεύσσουσαν ἀελίου, κ' οὔ ποτ' αὖθις. V. 413. ſ. Iam finem accipe compellationum noſtrarum. Verbis abiturae Polyxenae, ἄπειμι δὴ κάτω, adcurate reſpondent ſermones Darii, in *Perſ*. v. 841. ἐγὼ δ' ἄπειμι γῆς ὑπὸ ζόφον κάτω. et moribundae Antigonae v. 816. Αχέροντι νυμφεύσω.

V. 415-421. Ημεῖς ἐν φάει δουλεύσομεν. Tu quidem libera ex hac vita diſcedis: ego autem, quamdiu adhuc vixero, iugum ſeruitutis traham. In dialogo Tragicorum obſeruandum eſt, quod iam alibi notauimus (*verſ. theod*. p. 29.), quamlibet perſonam ſuam perſequi ſententiam, alterius licet interpellatione abruptam, et in ſummi potiſſimum adfectus ſignificatione ſuis animi ſenſis obtemperare. V. 416. Fruſtrata ſponſo, quem amplecti debueram. *Antigone* moribunda v. 814. ſ. οὔθ' ἐπινυμφίδιός πω μέ τις ὕμνος ὕμνησεν. Argutantur, qui Polyxenam hic ad Achillem reſpicere putant, qua de re vide Excurſ. I. V. 418. ἐν ᾄδου κείσομαι, ſc. οἴκῳ ſeu δόμῳ, quae frequens Graecis eſt ellipſis. V. 420. conf. cum v. 356. Seruam ſe vocat,

quia

ΠΟΛ. Τί σοι πρὸς Ἕκτορ', ἢ γέροντ' εἴπω πόσιν;
ΕΚ. Ἄγγελλε πασῶν ἀθλιωτάτην ἐμέ.
ΠΟΛ. Ὦ στέρνα, μαστοί θ', οἵ μ' ἐθρέψαθ' ἡδέως.
ΕΚ. Ὦ τῆς ἀώρου θύγατερ ἀθλίας τύχης.

ΠΟΛ.

quia captiuitate libertatis iacturam fecerat, licet ſeruilibus nondum defuncta fuiſſet laboribus. V. 421. Quinquaginta filios habuiſſe Priamum veteres fatis vnaminiter teſtantur. Vid. Hom. *Il.* VI. v. 243. ſqq. *Troad.* v. 135. ſ. *Aeneid.* II. v. 503. et interpretes ad *Hyginum* p. 169. ed. *Munck.* Anguſtius tamen hic dictum eſſe πεντήκοντα a Tragico, vel exinde patet, quod nulla alias mentio facta eſſet filiarum, quum tamen manifeſto ad Polyxenae iacturam reſpiciat Hecuba. Erant enim Priamo, praeter quinquaginta filios, adhuc duodecim filiae, *Il.* l. c. Sed numeros non anxie curant poetae: vid. *Aen.* II. v. 501. ibique *Heynium.* Pleroſque autem Priamides ex pellicibus natos eſſe, res ipſa loquitur: incertus tamen eſt numerus liberorum, quos Hecuba ſit enixa. Scholiaſtes ei nouemdecim, Cicero autem *Tuſc.* I. c. 35. ſeptemdecim adſignat. Particulam δὴ optime locum ſuum tueri, ſi non *ſane*, ſed pro ἤδη poſitum, *iam* vertatur, quam poteſtatem innumeris in locis obtinet, bene demonſtrauit *Steinbrychel* poſt *Weidlingium.*

V. 424 - 431. Ὦ στέρνα: complexa vlnis matrem haec loquitur. De v. μαστοὶ vide ad v. 144. et *Thomam* M. v. μαστὸς qui locum noſtrum laudat. V. 425. Ὦ τῆς ἀώρου θύγατερ ἀθλίας τύχης: o filia intempeſtiuae et aerumnoſae fortunae! Coniunxit vero poeta duo epitheta amplificationis et admirationis cauſa, quod iam in limine iuuentae, honoribus regiis nondum potita, tantis infortunii plagis percuſſa ſit. Nos fere pari modo: *o Jammer - o Vnglückstochter!* V. 426. Singularis eſt *Heusleri* in hunc verſum obſeruatio, v. χαῖρε pro ſalutandi formula tempore

ΠΟΛ. Χαῖρ᾽, ὦ τεκοῦσα, χαῖρε Κασάνδρα τ᾽ ἐμοὶ —
ΕΚ. Χαίρωσιν ἄλλοι, μητρὶ δ᾽ οὐκ ἔστιν τόδε.
ΠΟΛ. Ὁ τ᾽ ἐν φιλίπποις Θρᾳξὶ Πολύδωρος κάσις.
ΕΚ. Εἰ ζῇ γ᾽· ἀπιστῶ δ᾽· ὧδε πάντα δυστυχῶ.
ΠΟΛ. Ζῇ, καὶ θανούσης ὄμμα συγκλείσει τὸ σόν.
ΕΚ. Τέθνηκ᾽ ἔγωγε, πρὶν θανεῖν, κακῶν ὕπο.

V. 426. Perperam legitur in membranis et editionibus quibusdam ἐμοί. Nota enim eſt loquendi formula, χαῖρέ μοι, vt iam Scholiaſta monuit.

V. 427. Vitioſam eſſe vulgatam omnium edd. et codd. lectionem, χαίρουσιν, iam *Kingius*, *Valckenarius* et *Steinbrychelius* viderunt. Emendarunt itaque χαίρωσιν, quam ſcripturam etiam *Brunckius* in textu repoſuit. Atque id quidem optimo iure: quamuis enim defendi poſſit lectio vulgata, ab omnibus codd. confirmata, vt attice indicatiuus poſitus ſit pro ſubiunctiuo, meliorem tamen ſenſum fundit emendatio χαίρωσιν, quum facilis praeterea ſit lapſus ex ω in ου. Sed textus iam Scholiaſtae temporibus corruptus fuerat. Μητρὶ cum *Brunckianis* etiam exhibent codd. *Moſcouienſes:* vulgabatur autem ματρί. Τόδε ex vnico cod. Leidenſi reſtituit *Valcken.* ad Phoen. v. 621. In omnes alios libros MSS. et impreſſos irrepſit manifeſta gloſſa, χαρά, quam forſan iam Eraſmus ſuboluit vertens: *iſtud haud matri eſt datum.*

tempore antemeridiano, v. ὑγίαινε autem veſpertino a Graecis vſurpatum fuiſſe, qua ex re colligit, Polyxenam ante meridiem immolatam eſſe. Sed iſta adſertio aliis argumentis ſuffulciri aeque debuerat ac potuerat. V. 429. Haud eſt mirum, ſi Hecuba, tam multis calamitatibus perculſa et ſomnio inſuper terrrefacta, de ſalute vnici adhuc, qui ſupereſſe credebatur, filii dubitabat. Videre autem eſt in hoc loco artificium poetae, qui vel vnica ſententia viam ſibi ſtrauit ad duplicem dramatis actionem coniungendam et maritandam. V. 430. Conſuetudo apud nos etiam obtinens, vt conſanguinei

ΠΟΛ. Κόμιζ', Ὀδυσσεῦ, μ', ἀμφιθεὶς κάρα πέπλοις,
Ὡς πρὶν σφαγῆναί γ' ἐκτέτηκα καρδίαν
Θρήνοισι μητρὸς, τήνδε τ' ἐκτήκω γόοις.
Ὦ φῶς· προσειπεῖν γὰρ σὸν ὄνομ' ἔξεςί μοι·
Μέτεςι δ' ἐδὲν, πλὴν ὅσον χρόνον ξίφες
Βαίνω μεταξὺ καὶ πυρᾶς Ἀχιλλέως.

ΕΚ.

V. 432. Sic *Brunck* ex membranis, adſtipulantibus quatuor codicibus *Moſcouienſibus*. Vulgares edd. ἀμφιθ. πέπλοις κάρα.

V. 434. Codd. *Brunck.* et *Moſcou.* μητρὸς: vulg. edd. ματρὸς. Vnus e membranis *Moſcou.* confirmat noſtram lectionem, quam *Brunck* ex codd. dederat. Vulgaris ſcriptura eſt, τὴν δ' ἔτ' ἐκτήκω.

nei et cognati morientis oculos claudant. *Plin.* H. N. L. XI. c. 37. *Morientibus operire* (oculos) *rurſusque in rogo patefacere, magno ritu ſacrum eſt, ita more condito, vt neque ab homine ſupremum eos ſpectare fas ſit et coelo non oſtendi nefas.* Miſere rurſus argutantur interpretes, qui ὄμμα poſitum credunt, quia vnus oculus claudendus fuiſſet a Polydoro, alter autem a Caſſandra. V. 431. Iam ita miſeriis oppreſſa ſum atque circumſepta, vt dolores mortis mihi non amplius ſint metuendi. Formula autem, τέθνηκα πρὶν θανεῖν, tragicum ſpirat ingenium, quod quam frequentiſſime eiusmodi venatur verborum oppoſitiones, vt orationis color augeatur. Vide ad v. 612.

V. 432 - 437. Ἀμφιθεὶς πέπλοις κάρα, per enallagen, pro ἀμφιθ. κάρα πέπλους. In tironum gratiam notatum ſit, πέπλον, quaſi περιπλὸν, fuiſſe magnam et amplam veſtem, quae laxitate ſua circa corpus fluctuaret, et dextram tantum manum cum latere et humero oſtenderet. Tegi autem cupit ab Vlyſſe, ne quis eam videat moerentem aut ſolam cum rege euntem. V. 433. Priusquam immo-

ΕΚ. Οἴ ἐγώ· προλείπω· λύεται δ' ἐμοῦ μέλη.
Ὦ θύγατερ, ἅψαι μητρὸς, ἔκτεινον χέρα,
Δός· μὴ λίπῃς μ' ἄπαιδ'. ἀπωλόμην, φίλαι.
Ὡς τὴν Λάκαιναν ξύγγονον Διοσκόροιν,
Ἑλένην ἴδοιμι. διὰ καλῶν γὰρ ὀμμάτων
Αἴσχιστα Τροίαν εἷλε τὴν εὐδαίμονα.

Στροφὴ

V. 443. Cod. primus *Moſcou.* habet πρὶν pro τὴν, quae vox ſuperſcripta eſt: male.

immoler, iam contabui moerore, et matrem inſuper luctu liquefacio. Quibus verbis pronuntiatis cum Vlyſſe digreditur: abitura autem ſequentes ediſſerit verſus. V. 435. ſ. O ſol' compellare quidem nomen tuum mihi licet: ſed non longius vſura lucis fruar, quam vſque dum Achillis tumulum attigero, imminente ceruici gladio iam excruciata. Omnia ornate extulit poeta. Vid. *Antig.* v. 879. ſ.

V. 438 - 443. Quas Hecuba nunc emittit querelas, eas poſt filiae abitum, quem cum animi fere deliquio videt, effatur. Λύεται ἐμοῦ μέλη: vt in Homero, de virium iactura, quam moribundi perpetiuntur in agone. V. 440. ἀπωλόμην φίλαι: haec ad chorum dicit Hecuba, qui omnibus familiaris eſſe debebat, in poſtſcenio adſtans, niſi ſuae ſibi partes peragendae erant. Vid. praeclaram *Ilgenii* diſſert. *chorus Graecorum qualis fuerit*, §. 2. et 3. Sciente hic matre, vt iam animaduertimus, ad immolationem deducitur Polyxena: ſed aliter res agitur in *Troad.* v. 619. ſ. V. 441. ſ. Ὡς τὴν Ἑλένην ἴδοιμι, ſc. ἀπωλομένην. Διὰ καλῶν ὀμμάτων εἷλε Τροίαν. Pulcherrimos Helenae oculos etiam alio loco celebrat Euripides, *Troad.* 767. Hiſce enim v. 890. ſ. αἱρεῖ ἀνδρῶν ὄμματ', ἐξαιρεῖ πόλεις, πίμπρησι δ' οἴκους. Conſtat autem, magnam pulchritudinis partem conſtituere oculos: quamobrem per eos amorem, ceu per feneſtras irrepere, credidit Plato.

Στροφὴ ά.

ΧΟΡ. Αυρα, ποντιὰς αὖρα,
Ατε ποντοπόρȣς κομίζεις
Θοὰς ἀκάτȣς ἐπ᾽ οἶδμα λίμνας,
Ποῖ με τὰν μελέαν πορεύσεις;
Τῷ δȣλόσυνος πρὸς οἶκον
Κτηθεῖσ᾽ ἀφίξομαι;
Η Δωρίδος ὅρμον αἴας,
Η Φθιάδος, ἔνθα τὸν καλλίσ-
των ὑδάτων πατέρα
Φασὶν Απιδανὸν

Τὰς

V. 445. *Muſgraue* ἆτε, quem ſecutus eſt *Brunckius:* atque hanc ſcripturam quatuor confirmant membranae *Moſcouienſes.* Edd. ἆτις, cum duplici Scholiaſta.

V. 444 - 454. Deducta Vlyſſis manu Polyxena et Hecuba doloris impotentia in terram proſtrata, iſtae Choro datae ſunt partes, vt cantu ſuo ſpectatores ad Talthybii vsque aduentum detineat. Agitur autem res ad littus, prope tentorium Agamemnonis. Flant ſpirantes ex alto venti, qui a choro in luctus ſocietatem aduocantur. Eſt autem ſenſus totius odae: ſi tam male agitur cum regia virgine, quaenam nos quaeſo exſpectabunt calamitates, ventis hiſce in Graeciam deductas! Vide *Matthesium* p. 43. verſ. theod. ſimilesque Hecubae querelas in *Troad.* v. 190. ſeqq. Ποντίας αὖρα pro ποντία. Sed multa eiusmodi feminina adiectiua occurrunt, vt ἀγριὰς, ἐρημὰς, pro ἐρήμη, ἀγρία. V. 447. πορεύω, *transfero, vebo* alium: πορεύομαι autem, me ipſum, *proficiſcor.* V. 450. Ορμος, proprie, portus arte factus: hic pro toto littore. Δώρις, haud dubie a Doro, Deucalionis filio: Theſſalía, quae olim Δωρίας audiebat. Φθίας, alia pars Theſſa-

Πεδία λιπαίνειν;

Αντιϛρ. ά.

Η νάσον, ἁλιήρει

Κώπα πεμπομέναν τάλαιναν,

Οικτρὰν

V. 454. et 455. edd. antiquae cum codd. *Moſcou.* in vnum coniungunt atque ſic etiam v. 464. et 465. qua quidem copulatione omnes textus et metri tentationes potuiſſent euitari. *Battier* enim atque *Toup* poſt *Valckenarium* (ad *Phoen.* v. 648.) et *Kingium* ex duobus codd. Anglis reponendum ſtatuerunt, τὰς γύας. Hanc certe lectionem *Brunckius* in textum recepit, ne verbo quidem in notis de membranarum ſuarum ſcriptura addito, quod omnino debuerat V. C. Ego quidem, ſummo omnium codd. conſenſu ſuffultus, noſtram lectionem, quaſi vnice veram, amplector, alteram autem, τὰς γύας, pro gloſſa habere, cum ob additum articulum, tum ob dubiam admodum membranarum Kingianarum auctoritatem, nullus dubito. Qui autem metri forſan ſolutionem nobis obiiciant, hos ablego ad *Phoen*, v. 111. et 646. vt cum noſtra ſcriptura in gratiam redeant.

V. 455. Duriſſime νάσων cum ἔνθα iuncturus tentat *Muſgraue*, pro νάσον: cui ſuſpicioni tamen locum conceſſit *Brunckius*, conſtruens ἔνθα νήσων, pro εἰς τῶν νήσων ἐκείνην, ἔνθα — quae impeditiſſima verborum conſecutio, quomodo Viri ſagaciſſimi calculum obtinuerit, vix diiudicari poteſt.

Theſſalia, a Phthio, Neptuni filio: τὰ Φάρσαλα innui, Scholiaſtes auctor eſt. Απίδανος, Theſſaliae fluuius, in quem elabitur Enipeus et vterque tandem in Peneum. Vid. *Iphig. A.* v. 713. Crediderunt eum propterea adpellari ὑδάτων πατέρα, quia pater ſit aquarum Penei. Falſo: nihil aliud enim ſignificat, quam εὐῤῥους. Negari ceterum nequit, reſpicere interdum poetas in ornandis fluminibus, fluuiorum Deos. Sic in *Troad.* v. 226. ſ. audit Crathis fluuius, καλλιϛεύων Ο ξανθὰν χαίταν πυρσεύων, ζαθέαις πηγαῖσι τρέφων.

V. 455-461. Senſus et ordo verborum: ἤ με τάλαιναν, ἁλιήρει κώπα πεμπομέναν, καὶ οἰκτρὰν βιοτὰν ἔχουσαν ἐν οἴ-

Οἰκτρὰν βιοτὰν ἔχουσαν οἴκοις,
Ἔνθα πρωτόγονός τε φοίνιξ,
Δάφνα θ' ἱερὰς ἀνέσχε
Πτόρθους Λατοῖ φίλα,

Ωδῖνος

V. 457. Pro οἰκτρὰν *Muſgraue* coniecit, ἰκτὰν *hoſpitem*, *aduenam*, vel δέκτην aut προΐκτην, quae omnia ſunt foecundi ingenii exercitia, praetereaque nihil.

V. 459. Ed. *Heerwag.* et *Opor.* ἀνέσσε pro ἀνεῖσε i. q. ἀνῆκε ab ἀνέω, *ſurſum mitto*, quod verbum omnino de ſpicarum et ramorum propullulatione vſurpatur. *Phoen.* v. 946. ſ. γῆ, ἡ χρυσοπήληκα ςάχυν σπαρτῶν ἀνῆκεν. Commendatur inſuper iſta lectio regulis criticis: nolumus tamen aliis ex rationibus a ſcriptura vulgari diſcedere.

V. 460. Λατοῖ φίλα πτόρθους, *Heath*, et poſt eum *Brunck.* Praeſtaret *Muſgrauii* coniectura: Λατοῖ φίλα, *Latonae amica.*

κοις δεσποτῶν, πορεύσεις εἰς νῆσον, ἔνθα κ. τ. λ. Οἰκτρὰ βιοτὰ eſt vitae genus, victus quaerendi ratio, vt βιοτὸς, quod voc. a βίος probe erit ſecernendum. Pulchre autem circumſcribit Delum inſulam, quae in fuga Latonae a Iunone exagitatae primum e mari emergebat atque tunc demum fiebat locus δῆλος, qua ex re etiam procul dubio nomen habet. De lauro in Latonae honorem progerminante nota res eſt, de qua vid. *Callimach.* hymno in *Dianam*, Scholiaſtes, *Hom.* h. in *Appoll.* et *Dianam*, aliique. Ἀνέσχε πτόρθους, *ſuſtulit in altum*, *protruſit*, ἀνω ἔσχε, eleganter de πρωτογόνου palmae geneſi. Schol. ἀνεβλάςησαν κλάδους. V. 461. Ἀγαλμα vulgo de partus leuamine explicant, quia parturientem Latonam laurui, palmaeue innitentem ſibi cogitant ex v. 117. hymni Hom. in *Apoll.* ἀμφὶ δὲ φοίνικι βάλε πήχεε. Melius vertitur decus laetificum, ornatus, oblectamentum: ἀγάλλεσθαι enim eſt *delectari*, Od. III. 433. De vulgari v. ἄγαλμα ſignificatu conſulendi ſunt, *Timaeus* cum eruditiſſimo

inter-

Ωδῖνος ἄγαλμα δίας,
Σὺν Δηλιάσι τε κέραισιν,
Αρτέμιδός τε θεᾶς
Χρυσέαν ἄμπυκα,
Τόξα τ' εὐλογήσω;

Στροφὴ β'.

Η Παλλάδος ἐν πόλει,
Τᾶς καλλιδίφρε Αθα-
ναίας ἐν κροκέῳ πέπλῳ
Ζεύξομαι ἅρματι πώλες,
Εν δαιδαλέαισι ποικίλ-
λεσ' ἀνθοκρόκοισι πήναις;

V. 463. Copulam τε delendam putauit *Reiske.*

V. 466-474. Varie diuiduntur verſus huius Strophae in editis et ineditis. Textum noſtrum occupant diſtinctiones *Musgrauianae* et *Brunckianae.*

interprete, *Ammonius* v. ξόανον, aliique.

V. 461-465. An cum Delienſibus puellis feſtis in honorem Dianae cantibus intereſſe cogar, aureum Deae redimiculum pharetramque celebrans? Virginum enim hymnis quotannis Deli honorabatur Artemis, quibus ſe etiam mulieres (v. 919. infra) Troianae interfuturas cogitant, id praeſertim moleſte ferentes, quod, patriis Deabus relictis, aliae colendae eſſent. Αμπυξ eſt ornatus ex auro factus gemmisque diſtinctus, quem in capite gerebant mulieres.

V. 466-471. Ornate Panathenaeorum mentionem iniicit Tragicus. Tirones haec habeant. In magnis Panathenaeis eximium veſtimentum, cui Mineruae et alia fortia facta intexebantur, cum ſolemni pompa obſerebatur Palladi. Ad haſce picturas variis coloribus diſtinctas in primis idonea erat Titanum

Ἡ Τιτάνων γενεάν,
Τὰν Ζεὺς ἀμφιπύρῳ
Κοιμίζει φλογμῷ Κρονίδας;

Αντιςρ. β'.

Ὦ μοι τεκέων ἐμῶν,
Ὦ μοι πατέρων, χθονός θ',

V. 476. Cod. *Moſcou.* ματέρων.

Titanum certamen, in quo Minerua, iunctis ante currum equis (*Ion.* v. 1570.), in ſubſidium patris adproperabat. Peplus ipſe a virginibus texebatur, ſeptimum annum iam attactis et vndecimum non excedentibus, quibus duae praeficiebantur, ἀῤῥηφόροι nuncupatae. Vid. *Meurſius* Panath. c. 17. et 18. atque *Heynius* ad Cir. v. 21. ed. nou. Ἐν κροκέῳ πέπλῳ, forte ob clauos aureos, quibus peplus erat interſtinctus: candido enim colore fuiſſe traditur. V. 470. ſ. Ποικίλλουσ' ſc. πέπλον, ἐν δ. α. π. qui eſt datiuus inſtrumenti. Πήνη, eſt ſtamen, ἀνθοκρόκος, croco tinctum. Vſurpatur autem κρόκεος de quouis ſplendido et lucido colore: inde Ἠὼς κροκόπεπλος, κρόκεος ἀςέρων ὄχος *Troad.* 855. et κρόκεα πέταλα, pulchra florum folia, *Ion.* 889. Recte itaque Graeuius: ἀνθοκρόκαι πῆναι, *licia diuerſorum*, ſed lucidorum, *colorum*.

V. 472 - 474. Κοιμίζειν, *ſopire, occultare*: Φλόγμῳ κοιμίζειν, fulmine ita proſternere, vt quaſi ſopiti inertes iaceant, *Phoen.* 191. Tauris conqueritur Iphigenia v. 222. quod in Ponti inhoſpitalibus habitet regionibus, vbi nunquam ἱςοῖς ἐν καλλιφθόγγοις Κερκίδι Παλλάδος Ατθίδος εἰκὼ Τιτάνων ποικίλλουσα, animum oblectare poſſit.

V. 475 - 483. Κατερείπεται καπνῷ, penitus diruta eſt et incendio deleta. Vid. v. 910. et *Dictys* L. V. Κέκλημαι δούλα ſerua *vocor*, vt v. 552. Scholiaſtes minus recte pro κεκλήσομαι poſitum credit. V. 483.

ANAGNOSTIRIO

Α καπνῷ κατερείπεται
Τυφομένα, δορίκτητος
Υπ' Αργείων· ἐγὼ δ' ἐν
Ξείνα χθονὶ δὴ κέκλημαι
Δούλα, λιποῦσ' Ασίαν
Εὐρώπας θεράπαιναν,
Αλλάξασ' Αιδα θαλάμους.
ΤΑΛ. Ποῦ τὴν ἄνασσαν δή ποτ' οὖσαν Ιλίου
Εκάβην ἂν ἐξεύροιμι, Τρωάδες κόραι;
ΧΟΡ. Αὕτη πέλας σου, νῶτ' ἔχουσ' ἐπὶ χθονὶ,
Ταλθύβιε, κεῖται, ξυγκεκλεισμένη πέπλοις.
ΤΑΛ. Ω Ζεῦ, τί λέξω; πότερά σ' ἀνθρώπους
ὁρᾷν;

V. 482. θεράπναν *Musgraue* et *Brunck* ob metrum.

483. In *Suppl.* v. 1022. Euadne a rupe deſultans in flammam, ſimili ratione: corpore meo iuxta maritum poſito Περσεφονίας ἥξω θαλάμους.

V. 484-487. Sequitur actus nobiliſſimus totius fabulae, quo felicius forſan totum drama finire poterat poeta. Sed de hac re infra latius diſputabimus. Hecubam v. 443. cum maximis doloribus luctantem reliquimus: hanc veſte ſua inuolutam et in terram adhuc proſtratam offendit Talthybius, Agamemnonis praeco, cui magnam narrandi facilitatem animique comitatem in fabulis ſuis tribuit Euripides. Συγκεκλεισμένη πέπλοις: quae in Aeſchylo reprehendit Euripides, *Ran* v. 942. quod Achillem et Nioben veſtibus obuolutos in ſcenam produxerit, ea ipſe fecit hic et in *Suppl.* v. 110. vbi Adraſtus obtecto capite verba ferit cum Theſeo. Sed Ariſtophanis tantum ſcurrilitati forſan iſta debentur.

V. 488-491. Carpendus forte videri poſſet Tragicus, quod ab homine, quem Hecubae

Η δόξαν ἄλλως τήνδε κεκτῆσθαι μάτην
Ψευδῆ, δοκοῦντας δαιμόνων εἶναι γένος,

Τύχην

V. 489. *Brunck* αὐτοὺς, ex *Reiskii* et *Musgrauii* coniectura. Offendebatur nimirum tribus ἐκ παραλλήλου poſitis ἄλλως, μάτην, ψευδῆ: quorum poſtremum iam ſententiae ſatisfaceret ex ſuo iudicio. Sed apte tantum coniungendae ſunt voces. Codd. vnanimiter cum edd. ἄλλως, atque ſic etiam Scholiaſtes.

bae miſeria plane non tangat, verba pronuntientur, tam vehementis adfectus pleniſſima: ſed cogitandus eſt Talthybius Polyxenae immolatione iam commotus et tam inſueto adſpectu denuo perculſus. V. 489. ſ. In verbis coniungendis hariolantur interpretes. Nobis ita videntur conſtruenda: ἢ λέξω, μάτην ἄλλως δόξαν τήνδε ψευδῆ κεκτῆσθαι κ. τ. λ. *anne plane falſa eſt opinio, quam ſibi induerunt homines, eſſe Deorum genus, et fortuna potius inuigilat mortalibus?* Ἄλλως μάτην ponitur attice, vt et διακενῆς ἄλλως: vid. *Bergler* ad *Veſp.* v. 924. et *Schol.* ad *Plut.* v. 25. Cum ſententia ipſa innumera in ſcriptoribus ſacris et profanis loca poſſunt comparari. Sicut enim bene agentis et ſperantis eſt, laudare Deos, *Septem* c. Th. v. 631. θεοῦ δε δῶρον ἐςιν εὐτυχεῖν βρότους, ita deſperantes et miſeriis oppreſſi infitiari ſolent prouidentiam diuinam. *Iphig. A.* v. 1034. εἰ δ᾽ εἰσὶ θεοὶ. *Quinctilianus* de immatura coniugis duorumque filiorum morte conqueſtus, Inſtit. Orat. L. VI. init. Quis non oderit hanc animi mei firmitatem, ſi quis alius in me eſt vitae vſus, quam vt incuſem Deos, ſuperſtes omnium meorum? *nullam terras deſpicere prouidentiam teſter?* *Claudian.* in Ruf. L. I. v. 19. ſq. Saepe mihi dubiam traxit ſententia mentem, *Curarent ſuperi terras, an nullus ineſſet Rector et incerto fluerent mortalia caſu.* Iuuat etiam adducere verba maximi regum in hiſtoria belli ſeptennis: *ſi la Providence abaiſſe ſes régards ſur les miſères humaines* —

Τύχην δὲ πάντα τἀν βροτοῖς ἐπισκοπεῖν;
Ουχ ἥδ' ἄνασσα τῶν πολυχρύσων Φρυγῶν;
Ουχ ἥδ' Πριάμου τοῦ μέγ' ὀλβίου δάμαρ;
Και νῦν πόλις μὲν πᾶσ' ἀνέστηκεν δορὶ,
Αὕτη δὲ δούλη, γραῦς, ἄπαις, ἐπὶ χθονὶ
Κεῖται, κόνει φύρουσα δύστηνον κάρα.
Φεῦ, φεῦ· γέρων μέν εἰμ'· ὅμως δ' ἐμοὶ θανεῖν
Εἴη, πρὶν αἰσχρᾷ περιπεσεῖν τύχῃ τινί.
Ανίστασ', ὦ δύστηνε, καὶ μετάρσιον
Πλευρὰν ἔπαιρε, καὶ τὸ πάλλευκον κάρα.

ΕΚ. Εα· τίς οὗτος σῶμα τοὐμὸν οὐκ ἐᾷ
Κεῖσθαι; τί κινεῖς μ', ὅστις εἶ, λυπουμένην;

ΤΑΛΘ.

V. 491 - 500. Φύρουσα κάρα, *commaculans caput*: φύρειν de foedae labis adſperſione, *Oreſt.* 1411. Nolim tamen ex hoc loco colligere, Hecubam ad luctum ſignificandum caput puluere conſperſiſſe, quae ſolemnis mos fuerat orientis: quum enim humi procubuiſſet, caſu ſordibus obuoluebatur caput. V. 497. *Senex quidem ſum: ſed tamen mihi contingat mori potius, quam caſu tam foedo et atroci implicer:* vt recte *Steinbrychel.* V. 498. μετάρσιον πλευρὰν ἔπαιρε, in altum tolle latus tuum: μετάρσιος ſublimis, qui ex loco humili in altum transfertur. Sic fere Latini: rapio hominem ſublimem. Comparandus eſt locus ſimillimus in *Troad.* v. 466. ſq. vbi Hecuba ſuis etiam infortuniis perculſa ſe ſuſtinere non poteſt, ſed in terram proſternitur.

V. 501 - 504. Prouolutam in terram Hecubam, vt ſolent lugentes, qui lucis adſpectum ſubterfugiunt, intento brachio erigere conabatur Talthybius: retundebatur autem ab anu adflicta, quae omnem praeter calamitatis ſenſum amiſerat. Εα eſt particula admirationem et indignationem exprimens vt v. 733. et 1116. Τί κινεῖς μ', ὅστις εἶ, λ. quare miſerae mihi,

ΤΑΛΘ. Ταλθύβιος ἥκω, Δαναϊδῶν ὑπηρέτης
Ἀγαμέμνονος πέμψαντος, ὦ γύναι, μέτα.
ΕΚ. Ὦ φίλτατ', ἆρα κἀμ' ἐπισφάξαι τάφῳ
Δοκοῦν Ἀχαιοῖς ἦλθες; ὡς φίλ' ἂν λέγοις.
Σπεύδωμεν, ἐγκονῶμεν· ἡγοῦ μοι, γέρον.
ΤΑΛΘ. Σὴν παῖδα κατθανοῦσαν ὡς θάψης, γύναι,
Ἥκω μεταστείχων σε· πέμπουσιν δ' ἐμὲ
Δισσοί τ' Ἀτρεῖδαι, καὶ λεὼς Ἀχαϊκός.
ΕΚ. Οἴμοι, τί λέξεις; οὐκ ἄρ' ὡς θανουμένους
Μετῆλθες ἡμᾶς, ἀλλὰ σημανῶν κακά;
Ὄλωλας, ὦ παῖ, μητρὸς ἁρπασθεῖσ' ἄπο·

Ἡμεῖς

hi, quisquis etiam ſis, quietem inuides? Eadem eſt Herculis moribundi querela in *Trachin.* v. 1105. ſ. ἐᾶτέ μ', ἐᾶτέ με δύσμορον εὐνάσαι· πᾶ μου ψαύεις; V. 503. ſ. Eadem formula *Troad.* v. 238. Ταλθύβιος ἥκω, κοινὸν ἀγγελῶν λόγον.

V. 505 - 511. Vel exinde patet, quam vehementer cum filia mori cupiat Hecuba: omne aliud leuamen reprimit mortis conſilium. Δοκοῦν h. e. κατὰ τὸ δοκέον ſeu τὴν δόξην. In v. 507. vide, quam bene deſiderii vehementiam adſequatur oratio. Ἐγκονεῖν eſt ita feſtinare, vt puluis vndique excitetur.

Vid. *Aiac.* v. 811. et *Herc. fur.* v. 521. V. 509. μεταστείχων σε, non μετακαλούμενος, vt h. v. explicuit Scholiaſtes, ſed conueni te, adii te, vt *Suppl.* v. 90. ἣν μεταστείχω ποδί.

V. 511 - 517. τί λέξεις, ἀντὶ τοῦ, τί λέγεις, vt recte Scholiaſtes. His quidem verbis non fatum dolet Polyxenae; ſatis enim iam indulſerat triſtitiae; ſed quod ſibi mortis beneficium non contigiſſet. V. 513. ſ. ὄλωλας, periiſti *itaque*, o filia! Moderatis iam animi adfectibus et repreſſa doloris impatientia viam ſternit Talthybio ad ipſius caedis narrationem et ſingula immolationis momenta,

Ημεῖς δ' ἄτεκνοι τοὐπί σ'· ὦ τάλαιν' ἐγώ.
Πῶς καί νιν ἐξεπράξατ'; ἆρ' αἰδούμενοι;
Η πρὸς τὸ δεινὸν ἦλθεθ', ὡς ἐχθρὰν, γέρον,
Κτείνοντες; εἰπὲ, καίπερ οὐ λέξων φίλα.
ΤΑΛΘ. Διπλᾶ με χρήζεις δάκρυα κερδᾶναι, γύναι,
Σῆς παιδὸς οἰκτῳ· νῦν τε γὰρ λέγων κακὰ
Τέγξω τόδ' ὄμμα, πρὸς τάφῳ θ', ὅτ' ὤλλυτο.
Παρῆν μὲν ὄχλος πᾶς Αχαιϊκοῦ στρατοῦ
Πλήρης πρὸ τύμβου, σῆς κόρης ἐπὶ σφαγάς.
Λαβὼν δ' Αχιλλέως παῖς Πολυξένην χερὸς,
Εστησ' ἐπ' ἄκρου χώματος, πέλας δ' ἐγώ·

Λεκτοί

V. 520. *Reiske* coniectauit: πρὸς τάφῳ θ' ὑπέπλυτο, oculus meus merſus erat lachrymis: ſed elegantiorem pariter ac veriorem ſenſum parit lectio vulgata. V. 521. Αχαϊικοῦ, *Brunck.*

momenta, quae praeclaram huius dramatis partem conſtituunt. Ατεκνοι τοὐπι σε, etiam te orbata: ὅσον τὸ κατὰ σέ. *Heuslerus* poſitum eſſe putat pro τὸ ὀπίσω, in reliqua mea vita, quod non parum languet. V. 515. ἐξεπράξατε, h. e. ἐφονεύσατε: vide ad v. 369. Αἰδούμενοι: pudoris tamen atque reuerentiae virgini debitae habuiſtis rationem? ἢ πρὸς τὸ δεινὸν ἤλθεθ': aut plenas odio veſtro atque inimicitiae immiſiſtis habenas, vt lenta et crudeli morte eam excruciauiſſetis?

V. 518 - 524. Διπλᾶ με χρήζεις δάκρυα κερδᾶναι, ornate, pro: bis mihi elicis lachrymas, iubes renouare dolorem. Λέγων κακὰ, narrans filiae tuae caedem: πρὸς τάφῳ ſc. ἔτεγξα, lachrymis irrigaui oculos meos, quum immolaretur. Atque nunc repreſſo teneriori mentis adfectu, ad ipſam narrationem animum adpellit Talthybius, in qua vt nihil praetermitteretur, ab iis iam

 ordi-

ANAGNOSTIRIO

Λεκτοί τ' Ἀχαιῶν ἔκκριτοι νεανίαι,
Σκίρτημα μόσχου σῆς καθέξοντες χεροῖν,
Ἕσποντο· πλῆρες δ' ἐν χεροῖν λαβὼν δέπας
Πάγχρυσον, ἔῤῥει χειρὶ παῖς Ἀχιλλέως
Χοὰς θανόντι πατρί· σημαίνει δ' ἐμοὶ
Σιγὴν Ἀχαιῶν παντὶ κηρύξαι στρατῷ.

Κἀγὼ

orditur, quae ante caedem geſta fuerint. Commendanda eſt in primis loci ſimillimi et ornatiſſimi comparatio in *Iphig.* A. v. 1540 - 1612. quo Iphigeniae immolationem parentibus refert nuntius. Hic quidem agitur res in pleniſſimo Achaici exercitus confeſſu: Polyxenam manu amplexam, *λαβὼν χερὸς*, in tumulum ſuſtulit Pyrrhus, et in proximo adſtat Talthybius. Haec omnia mira breuitate et dignitate tribus verſibus abſoluit poeta.

V. 525 - 530. *Λεκτοὶ νεανίαι, σκίρτημα μόσχου καθέξοντες χεροῖν*: electi poſt Talthybium ſtabant iuuenes, qui, ſi Polyxena forte, mortis timore correpta, a tumulo aufugeret, caedem euitatura, vi cohiberent virginis reluctationem. Nota enim res, triſtiſſimum fuiſſe apud veteres omen, ſi terrefacta ab altari recedebat victima et non ſponte potius caput porrigebat. *Suetov.* Tit. c. X. *triſtior*, *quod ſacrificanti hoſtia aufugerat*. In victimis humanis maiori adhuc cautione opus erat, quia hoſtiae iſtae non niſi coactae morti ſuccumbere credi poterant. Vinculis autem eas conſtringere, vetitum erat, id quod patet ex *Iphig.* Taur. v. 468. vbi Oreſtes et Pylades Dianae immolandi, compedibus antea liberantur. *Σκίρτημα μόσχου*, niſus et trepidationem reſiſtentis virginis, vt ictum gladii declinaret. Vid. ad v. 205. Argutantur, qui *μόσχον* propterea adpellari Polyxenam credunt, quia pro vitula, ceu iuuenca caederetur. *Δέπας πλῆρες*, ſc. vino, melle, lacte et farina: vid. ad v. 535. *Ἔῤῥει*, fluere faciebat, effundebat, *θανόντι πατρὶ*, quem euocaturus

Καὶγὼ παραςὰς εἶπον ἐν μέσοις τάδε·
Σιγᾶτ' Ἀχαιοὶ, σῖγα πᾶς ἔςω λεώς·
Σίγα, σιώπα· νήνεμον δ' ἔςησ' ὄχλον.
Ο δ' εἶπεν· Ω παῖ Πηλέως, πατὴρ δ' ἐμὸς,
Δέξαι χοάς μου τάσδε κηλητηρίους,
Νεκρῶν ἀγωγούς· ἐλθὲ δ', ὡς πίῃς μέλαν
Κόρης ἀκραιφνὲς αἷμ', ὅ σοι δωρούμεθα
Στρατός τε, κἀγώ· πρευμενὴς δ' ἡμῖν γενοῦ,
Λῦσαί τε πρύμνας, καὶ χαλινωτήρια
Νεῶν δὸς ἡμῖν, πρευμενοῦς τ' ἀπ' Ιλίου
Νόςου τυχόντας, πάντας ἐς πάτραν μολεῖν.

V. 535. *Steph.* κηλητερίους.

turus erat inferiis ex Orco, vt primum biberet χοὰς, deinde et ipſum virginis ſanguinem. Σημαίνει, manu ſublata vel nutu mihi ſignificabat, vt ſilentium denuntiarem Achaeis.

V. 531-541. Κἀγὼ παραςὰς: en praeconem in medium prodeuntem, vt maiori cum ſolemnitate ſilentium praecipere poſſet exercitui. Verba ipſa, quibus tranquillam conſtituit turbam, recurrunt in *Suppl.* v. 669. ſqq. Σιγᾶτε λαοὶ, σῖγα, Καδμείων ςίχες Ἀκούσαθ'. Sequuntur preces exquiſitiſſimae, quibus patrem, ex inferis aduenientem, delinire atque expiare tentat Neoptolemus. *Aeneid.* L. V. v. 98. ſqq. de Aenea: Vinaque fundebat pateris, *animamque vocabat Anchiſae magni, Maniſque Acheronte remiſſos.* Πατὴρ δ' ἐμὸς, attice, vt bene docet Scholiaſtes, κλητικὸς ἀντὶ τοῦ κτητικοῦ. V. 335. Δέξαι χοάς μου τάσδε κηλητηρίους: accipe libationes haſce expiatorias. Inferias ipſas antecedebant χοαὶ, vt omnia legitimo modo fierent: conſiſtebant autem libationes, melle, vino, aqua, farina et admixto ſanguine, vt apud *Hom.* Od. XI. 27. ſqq. quibus etiam lac addebatur.

Τοσαῦτ᾽ ἔλεξε· πᾶς δ᾽ ἐπηύξατο ϛρατός.
Ειτ᾽ ἀμφίχρυσον φάσγανον κώπης λαβὼν,
Εξεῖλκε κολεῦ· λογάσι δ᾽ Αργείων ϛρατῦ
Νεανίαις ἔνευσε παρθένον λαβεῖν.
Η δ᾽, ὡς ἐφράσθη, τόνδ᾽ ἐσήμηνεν λόγον·

Ω

debatur. Inde deriuandum eſt diſcrimen voc. σπονδὴ, quae eſt libatio in conuiuiis, et voc. χοὴ, quae ſolemnis eſt libatio, νεκύσια ſeu aliam θυσίαν antecedens. Vid. *Oed. Col.* v. 469. vbi χοὴ adhibetur de libatione Eumenidas expiante. Κηλητηρίους h. e. πραΰνους ſeu ἡδυντηρίους et θελκτηρίους. In *Choeph.* Electra adfert Agamemnonis manibus γαπότους χοάς, v. 162. In *Iphig. A.* v. 166. χοαὶ audiunt νεκροῖς θελκτήρια. V. 536. Νεκρῶν ἀγωγούς: mortuos effuſis in terram libationibus productos fuiſſe ex Orco, vel ex loco *Odyſſ.* laud. patet: obſeruatu autem dignius eſt, ipſum θάνατον de victimarum mactatarum ſanguine bibiſſe, id quod ex *Alceſtide* conſtat v. 845. vbi Hercules θάνατον inſidiis circumuentum manibus corripit. V. 537. Ἀκραιφνὲς αἷμα, ſanguis purus et illibatus, qui nullum mixtionis indicium oſtendit. Πρευμενὴς ex πρᾶος et εὐμενὴς vt v. antec. ἀκραιφνὲς ex ἀκέραιος et φαίνω, id quod vim et delectum oſtendit verborum. V. 539. Δὸς ἡμῖν λῦσαι, concede nobis, vt ſoluamus puppes nauiumque retinacula. Videre licet ex his Neoptolemi precibus, quam bene rerum ſummam mira breuitate atque dignitate adſecutus ſit poeta.

V. 542 - 546. Ἐπηύξατο, et omnis exercitus conſentiebat in preces eius. *Il.* I. v. 22. πάντες ἐπευφήμησαν Ἀχαιοί. Ἀμφίχρυσον φάσγανον, capulo tantum ex auro confecto. Πάγχρυσον contra fuerat poculum v. 528. Λογάσι νεανίαις h. e. ἐπιλέκτοις νεανίαις, vid. v. 444. Vel nutu iubet nunc iuuenes Pyrrhus virginem in media tumuli celſitate conſtitutam corripere atque detinere, ne prona colli inclinatione gladii

gladii

Ω τὴν ἐμὴν πέρσαντες Αργεῖοι πόλιν.
Εκοῦσα θνήσκω, μή τις ἅψηται χροὸς
Τοῦ 'μοῦ. παρέξω γὰρ δέρην εὐκαρδίως.
Ελευθέραν δ' ἔμ', ὡς ἐλευθέρα θάνω,
Πρὸς θεῶν, μεθέντες, κτείνατ'· ἐν νεκροῖσι γὰρ
Δούλη κεκλῆσθαι, βασιλὶς οὖσ', αἰσχύνομαι.
Λαοὶ δ' ἐπεῤῥόθησαν· Αγαμέμνων τ' ἄναξ
Εἶπεν μεθεῖναι παρθένον νεανίαις.
Οἱ δ', ὡς τάχιστ' ἤκουσαν ὑστάτην ὄπα,
Μεθῆκαν, οὗπερ καὶ μέγιστον ἦν κράτος.

V. 555. *Muſgraue* tentat ἀσπαστὴν pro ὑστάτην, ex ingenio.

gladii ictum, quo iugulum erat diſſecandum, ſubterfugere conaretur. Sed imperterrita et nullo brachio virili conſtricta morti obuiam ire cupit Polyxena.

V. 547 - 552. Oratio nobiliſſima et verecundiae virginalis teſtis luculentiſſimus. Ω Αργεῖοι πέρσαντες: egregie his verbis miſericordiam captat Graecorum, ne quid amplius in illam admittant, quum iam in vrbem ſuam deſaeuiiſſent. Μή τις ἅψηται χροὸς τοῦ 'μοῦ: eodem modo adumbrauit Tragicus poſtremam Iphigeniae immolandae orationem v. 1569. ſq. πρὸς ταῦτα μή ψαύσῃ τις Αργείων ἐμοῦ Σιγῇ· παρέξω γὰρ δέρην εὐκαρδίως. In ſequentibus iunge: ἐλευθέραν με κτείνατε, deſiſtentes a conatu me corripiendi, μεθέντες. V. 551. et ſqq. duplicem exhibent ſenſum: ἐν νεκροῖσι enim ſiue ſpectat ad famam mortuae ſuperſtitem, ſiue ad conditionem Polyxenae futuram, quae etiam apud vmbras ſeruile nomen auerſata, inuiolatis moribus regiis incedere vult.

V. 553 - 556. Λαοὶ δ' ἐπεῤῥόθησαν; admurmurabant populi. Translatus eſt ſenſus a fremitu vndarum aeſtuantium ad murmurantem turbae adſenſum. Vid. *Choeph.* v. 456. *Trach.*

ANAGNOSTIRIO

Κἀπεὶ τόδ᾽ εἰσήκουσε δεσποτῶν ἔπος,
Λαβοῦσα πέπλους ἐξ ἄκρας ἐπωμίδος,
Ἐῤῥηξε λαγόνας εἰς μέσας παρ᾽ ὀμφαλὸν,
Μαστούς τ᾽ ἔδειξε, στέρνα θ᾽, ὡς ἀγάλματος,
Κάλλιστα· καὶ καθεῖσα πρὸς γαῖαν γόνυ,
Ἔλεξε πάντων τλημονέστατον λόγον·

Ἰδοὺ,

V. 559. Λαγόνας εἰς μέσας edidit *Brunck* partim ex cod. in quo λαγόνας εἰς μέσον: partim ex ingenio.

Trach. v. 264. Rumorem etiam ipſum comparant cum fluctu: *Androm.* v. 1097. κἀκ τοῦδ᾽ ἐχώρει ῥόθιον ἐν πόλει κακὸν, et adſenſum cum admurmuratione, *Cic.* pro Leg. Man. c. 13. Ειπεν μεθεῖναι, iuſſit eos manus abſtinere. Ὑστάτην ὄπα, Scholiaſtes exponit μεγίστην, quia apud Agamemnonem ſumma erat imperii: melius, vltimum mandatum, quia praeiuerat confuſum populi murmur. Τάχιστα referendum eſt ad ἤκουσαν et μεθῆκαν: eodem temporis momento, quo audiebant imperatoris vocem, etiam manus retrahebant.

V. 557 - 562. Optimo iure celebratus eſt hucusque ab interpretibus locus inſignis *Odyſſ.* VI. v. 149. ſqq. quaſi optimus verecundiae Homericae teſtis: quocum ſi hanc particulam dramatis noſtri comparauiſſent, dubii penderent animi, cui palma debeatur, Maeonio vati, aut Euripidi? In omnium Achaeorum conſpectu, imperterrita mortemque deſpiciens ſtat in tumulo regia virgo, aperto peplo et ad vmbilicum vsque diſciſſo, denudat pectus marmoreasque mamillas, vt caſta adpareat victima, colloque demum transfixo, moribunda adhuc contegit loca, quae pudor viris velare iuſſerat. Tranſeant frigidi lectores, quos haec virginalis animi celſitas non tangit, et vt ſenſum ſuum lapideum emolliant, curent! Επωμὶς ἄκρα, ſcapulae extremitas: apud Medicos eſt muſculus, qui mouet brachium eiusque articulum cum ſcapula eleganter

Ἰδού, τόδ' εἰ μὲν στέρνον, ὦ νεανία,
Παίειν προθυμῇ, παῖσον· εἰ δ' ὑπ' αὐχένα
Χρῄζεις, πάρεστι λαιμὸς εὐτρεπὴς ὅδε.
Ὁ δ' οὐ θέλων τε καὶ θέλων, οἴκτῳ κόρης,
Τέμνει σιδήρῳ πνεύματος διαῤῥοάς·
Κρουνοὶ δ' ἐχώρουν. ἡ δὲ, καὶ θνήσκουσ', ὅμως
Πολλὴν πρόνοιαν εἶχεν εὐσχήμως πεσεῖν,
Κρύπτουσ', ἃ κρύπτειν ὄμματ' ἀρσένων χρεών.
Ἐπεὶ

V. 567. *Kingius* αἵματος διαῤῥοάς, omnino male. Plura vide in *Dawes* miſcell. crit. p. 216. ed. ſec.

V. 570. Codex regius *Brunckii*, κρύπτουσα θ', ἃ κρύπτειν, qua ex ſcriptura V. C. conflauit lectionem ed. ſuam occupantem κρύπτουσ', ἃ κρύπτειν, quae reuera multo venuſtior eſt vulgata. Neque tamen deſunt argumenta, quae noſtrae ſcripturae patrocinentur. Primum enim iam antecedit participium θνήσκουσ', deinde ipſa πρόνοια, qua Polyxena cadere ſtudet, magis requirere videtur infinitiuum.

ganter integit. Λαγὼν, pars in lateribus ventris inter coxas et pubem poſita: Schol. λαγόνες λέγονται τὰ κατώτερα μέρη τῶν μαστῶν. Ex ſiniſtro itaque humero adreptam veſtem diſcidit ad mediam lateris cauitatem iuxta vmbilicum. Simile quid videre licet in Deianira apud *Sophocl. Trach.* v. 924. ſqq. V. 560. στέρνα θ' ὡς ἀγάλματος, pectora marmorea, eburnea. Καθεῖσα πρὸς γαῖαν γόνυ, flexo nunc atque ſubmiſſo genu in terram, ἔλεξε λόγον, pronuntiauit ſermonem triſtiſſimum.

V. 563-570. Εἰ δ' ὑπ' αὐχένα χρῄζεις, quodſi autem magis placeat ſub ceruice, anteriorem partem colli ferire, etiam iugulum hocce paratum eſt. Αὐχὴν autem atque λαιμὸς hic duo nomina eiusdem rei eſſe, cuilibet ſtatim patebit. Locum noſtrum praeter *Ouid. Metam.* XIII. expreſſit *Seneca* in Agamemnone v. 972 - 975.
vb'

Ἐπεὶ δ' ἀφῆκε πνεῦμα θανασίμῳ σφαγῇ,
Οὐδεὶς τὸν αὐτὸν εἶχεν Ἀργείων πόνον,
Ἀλλ' οἱ μὲν αὐτῶν τὴν θανοῦσαν ἐκ χερῶν
Φύλλοις ἔβαλλον· οἱ δὲ πληροῦσιν πυρὰν,
Κορμοὺς φέροντες πευκίνους· ὁ δ' οὐ φέρων,
Πρὸς τοῦ φέροντος τοιάδ' ἤκουεν κακά·

Ἐστη-

vbi Electra: *ſiue te iugulo iuuat Merſiſſe ferrum, praebeo iugulum volens: Seu* more pecudum *colla reſecari placet, Intenta ceruix vulnus exſpectat tuum.* V. 566. Ο δ' οὐ θέλων τε καὶ θέλων: en nouum pietatis erga patrem et miſericordiae certamen! Πνεύματος διαῤῥοὰς, iugulum ſeu gutturem, ἵνα τε ψυχῆς ὤκιστος ὄλεθρος, teſte *Homero Iliad.* XXII. 325. V. 568. Κρουνοὶ ἐχώρουν, fontes promanabant, ad indicandam copiam et impetum profluentis ſanguinis. Quae ſequuntur, incredibilem animi praeſentiam atque fortitudinem in virgine produnt, quae moribunda adhuc ſollicita fuit, vt veſtes in lapſu corporis compoſitae manerent, ne vel inuita pudicitiae leges reſolueret. V. 569. laudat *Plinius* ep. 11. L. IV. qua Veſtalem a Domitiano tyranni immanitate inceſti ſine culpa damnatam, cum viua defoderetur, nouiſſima ſanctitate haerentem ſtolam recollegiſſe ſcribit.

V. 571-576. Ἀφῆκε πνεῦμα, emiſit ſpiritum, exhalauit vitam. Argutatur *Heuslerus*, qui adludi credit ad ſententiam Stoicorum, qui animam ſpiritum eſſe putabant, exſiſtentem in temperatione quatuor humorum corporis. Θανάσιμος σφαγὴ, ornate, pro vulnere letali. Οὐδεὶς — πόνον, quemlibet Achaeorum alius occupabat labor: quam enim viuam ſeruare non potuerunt, hanc mortuam ſaltem honorare decreuerant. Φύλλοις ἔβαλλον, folia et flores ei iniiciebant, qui honos erat alias victorum atque ſponſarum. Vid. *Pind.* Pyth. IX. 219. Sed mortui etiam peplis atque coronis ornabantur, vt Aſtyanax in *Troad.* v. 114. De φυλλοβολίᾳ ceterum conſulendi ſunt Scholiaſtes

Εϛηκας, ὦ κάκιϛε, τῇ νεάνιδι
Ου πέπλον, ὐδὲ κόσμον ἐν χεροῖν ἔχων;
Ουκ εἶ τι δώσων τῇ περίσσ᾽ εὐκαρδίῳ,
Ψυχήν τ᾽ ἀρίϛῃ; τοιάδ᾽ ἀμφὶ σῆς λέγω
Παιδὸς θανέσης· εὐτεκνωτάτην δέ σε
Πασῶν γυναικῶν, δυϛυχεϛάτην θ᾽ ὁρῶ.

XOP.

V. 578. Pro κόσμον *Schottus* malebat κόρμον ob v. 575. nulla vrgente neceſſitate.

V. 580. Λέγω placet *Heathio*, quod et *Brunckius* recepit in textum, addita *Reiskianae* coniecturae particula v. 582. θ᾽ ὁρῶ. Cod. *Moſcou.* ᾽λέγον ad confirmandam lectionem vulgatam, ſi vlla adhuc auctoritate opus eſſet. Qui ceterum negauerit, omitti poſſe augmentum ab Attico poeta, is ſibi conſentientem inueniet *Daweſium* in Miſc. Cr. p. 346.

V. 582. Comma deleri poteſt poſt γυναικῶν, ſenſu forſan melius fluente.

liaſtes ad locum noſtrum et *Kuſterus* ad Suidam v. ἀκροδρύα. Οι δὲ πληροῦσιν πυρὰν, alii autem ſtruxerunt rogum, κορμοὺς φέροντες πευκίνους, truncos adferentes pineos. Falluntur, qui κόρμους explicant δᾳδας: κόρμος enim eſt ſtipes, decurtatis ramis. Innuitur nimirum opera tumultuaria, qua aedificabant pyram, truncis vndique conquiſitis. Τοιάδε κακὰ, conuicia, λοιδωρίας.

V. 577 - 582. Τῇ νεανίδι, in honorem puellae. Νεανὶς in genere eſt iuuenca, atque tenera puellarum aetas. *Od.* VII. 20. Pallas adparet παρθενικῇ εἰκῦια νεηνίδι. Ουκ εἶ τι δώσων, attica periphraſi poſitum videtur Scholiaſtae pro οὐ δώσεις; explicat tamen etiam πορεύσῃ, quod ſane melius. Obiurgant enim ceſſantes, vt ad officium obeundum impellantur. Τῇ περίσσ᾽ εὐκαρδίῳ, cordatiſſimae pariter ac generoſiſſimae virgini. Falſo ψυχὴν τ᾽ ἀρίϛῃ *Heuslerus:* dum in viuis erat fortiſſimae. Refert hos

 Achaeo-

ΧΟΡ. Δεινόν τι πῆμα Πριαμίδαις ἐπέζεσε,
Πόλει τε τῇ ᾽μῇ· θεῶν ἀναγκαῖον τόδε.
ΕΚ. Ω θύγατερ, ὀυκ οἶδ᾽ εἰς ὅ τι βλέψω κακῶν;
Πολλῶν παρόντων. ἢν γὰρ ἅψωμαι τινὸς,
Τόδ᾽ ὀυκ ἐᾷ με· παρακαλεῖ δ᾽ ἐκεῖθεν αὖ
Λύπη τις ἄλλη, διάδοχος κακῶν κακοῖς.
Καὶ νῦν τὸ μὲν σὸν ὥςε μὴ ςένειν πάθος,
Ουκ ἂν δυναίμην ἐξαλείψασθαι φρενός·
Τὸ δ᾽ αὖ λίαν παρεῖλες, ἀγγελθεῖσά μοι
Γενναῖος.

V. 584. Deleta poſt ᾽μῇ orationis inciſione, tranſitiue v. ἐπέζεσε ſumendum putat *Muſgrauius*, ita, vt vertatur: *Deorum neceſſitas grauem Priamidis et patriae meae calamitatem hanc immiſit.* Sed multa ſunt, quae huic explicationi repugnent: vt taceam, magis conſuetam eſſe ſyntaxin intranſitiuam, *Iphig.* A. v. 987.

V. 588. *Heath* coniecit διάδοχον, et *Muſgraue* διαδόχοις.

Achaeorum ſermones Talthybius, vt conſolaretur Hecubam eique indicaret, quanta admiratione et quantis praemiis Polyxena vel ab hoſtibus ſuis adfecta fuiſſet. Reliqua ita ſunt expedienda: attamen te, quae inter omnes mulieres generoſiſſimam enixa es ſobolem, omnium video infeliciſſimam.

V. 583. ſq. bene explicantur a *Steinbrychelio*: *atrociſſima calamitas in Priamidas patriamque noſtram efferbuit*, ſed *neceſſitas eſt a Diis immiſſa.* Ἐπέζεσε, interprete Scholiaſta, ἐπήρθη, ηὐξήθη, metaphora ducta ab aqua in lebete ebulliente atque feruente.

V. 585-592. In his, qui nunc ſequuntur, verſibus ſeuerum admodum iudicium expertus eſt Euripides, tam ab antiquis, quam recentioribus Criticis: qua de re paulo poſt diſpiciemus. Tenendum autem eſt hoc, vel in initio huius orationis, praeclara Talthybii narratione de filia pulcherrime moriente, multum de luctu ſuo atque moerore remiſiſſe Hecubam, ita, vt animo paululum

Γενναῖος. οὐκοῦν δεινὸν, εἰ γῆ μὲν κακὴ,
Τυχοῦσα καιροῦ θεόθεν, εὖ στάχυν φέρει,
Χρηστὴ δ', ἁμαρτοῦσ' ὧν χρεὼν αὐτὴν τυχεῖν,
Κακὸν δίδωσι καρπόν· ἀνθρώποις δ' ἀεὶ
Ὁ μὲν πονηρὸς, οὐδὲν ἄλλο πλὴν κακός·
Ὁ δ' ἐσθλὸς, ἐσθλός· οὐδὲ συμφορᾶς ὕπο
Φύσιν διέφθειρ', ἀλλὰ χρηστός ἐστ' ἀεί.

V. 592. Cod. *Moſcou.* γενναίως. Quae ſequuntur, interrogatiue proferenda et cum Aldina interrogationis ſignum ponendum iudicat *Brunckius*, poſt καρπόν. Tunc autem paulo diuerſus enaſcitur ſenſus, atque aliter exprimenda fuiſſet ſententia poſterior, v. 595. ſq.

lulum ſedato de infortuniis ſuis conqueri et matronarum more loquacius diſſerere et fere blaterare coepiſſet. Adfirmat autem, ſe ita malis eſſe circumuentam ac obſeptam, vt ad omnem doloris ſenſum occaleſcat. Quodſi enim vni curae mederi cuperet, ſtatim auocari ſe ab alia calamitate. Διάδοχος eſt ſucceſſor, qui munus atque locum alicuius excipit: διάδοχος κακῶν, nouis inſuper malis adiunctis; Καὶ ὥστε νῦν τὸ μὲν σὸν πάθος μὴ στένειν, οὐκ ἂν δ. φ. ε. quamuis autem tam variis diſtenta ſim aerumnis, tamen caedes tua prae omnibus tam altum mihi inflixit vulnus, vt eius dolorem ex animo detergere plane nequeam. Τὸ δ' αὖ λίαν παρεῖλες α. μ. γ. ſaeuitiam autem et intemperantiam luctus moderauit nuntius de generoſitate, qua mortem obiiſti. Ἀγγελθεῖσα γενναῖος, h. l. laudat Scholiaſtes ad *Nubes* v. 53. Vide ad v. 150. et *Koenium* ad Gregor. p. 26.

V. 592 - 598. Quod iam olim in Euripide reprehendit *Theon*, ὅτι παρὰ καιρὸν Ἑκάβη φιλοσοφεῖ, hoc acerbius adhuc carpſerunt *Bayle*, *Brumoy* atque *Merian*, philoſophice admodum nugari Tragicum ſtatuentes. Cui quidem ſententiae quamuis plane ſubſcribere vel propterea non poſſim, quia ſuam animi fortitudinem etiam in filiam trans-

iiſſe

Ἀρ' οἱ τεκόντες διαφέρουσιν, ἢ τροφαί;
Ἔχει γε μέντοι καὶ τὸ θρεφθῆναι καλῶς
Δίδαξιν ἐσθλοῦ· τοῦτο δ' ἤν τις εὖ μάθῃ,
Οἶδεν τό γ' αἰσχρὸν, κανόνι τοῦ καλοῦ μαθών.

Καὶ

V. 601. Sic *Brunck* e membranis: vulgata lectio eſt *μάθοι.* Noſtram lectionem confirmant adhuc codd. *Moſcouienſes.*

niſſe tecte adfirmat et hac re ſibi ipſi in tantis malis nouam inſpirat confidentiam, hoc tamen indubitatum manebit iudicium, philoſophicas ſententias interferendi vbique lubidini nimis hic indulſiſſe Euripidem. Quem enim in tanta animorum concuſſione non offendat ieiuna oppoſitio inter hominum et agrorum naturam? Notandum itaque putem Tragici lapſum, non autem inique perſtringendum, quum ſe ipſe ab hoc excurſu reuocauerit. Οὐκοῦν ξεινόν, minime enim mirum, ſi terra ſterilis, foecundam experta tempeſtatem, bonam ſegetem profert, laeta autem, debito fruſtrata coelo, malum reddit fructum: ſed in homine plane alia eſt ratio. Homo enim natura malus aeque manet immutabilis, ac natura bonus. Fuere interpretes, qui v. γῆ κακὴ ad Agamemnonis et Vlyſſis crudelitatem reſpexiſſe Hecubam crediderunt: ſed nimis argute. Malim ſuſpicari, ſententiam e Socratica diſciplina eſſe profectam.

V. 599-602. Ἀρ' οἱ τεκόντες διαφέρουσιν, ἢ τροφαί; num itaque parentes, ſiue educatio, reddunt liberos honeſtos? Prius quidem crediďiſſe videtur, neque tamen huic adſertioni inſiſtere poteſt, quia ſe ipſam laudare debuiſſet. Pergit itaque, etiam educationi ſuum ſtatuendum eſſe pretium, et qui δίδαξιν ἐσθλοῦ bene hauſiſſet, illum omnem turpitudinem ad normam honeſtatis, κάνονι τοῦ καλοῦ, exigere poſſe. Hanc ſententiam alio loco apertius tradit, *Iphig.* A. v. 561. ſqq. Τροφαί θ' αἱ παιδευόμεναι Μέγα φέρουσ' εἰς ἀρετάν.

V. 603-

Καὶ ταῦτα μὲν δὴ νοῦς ἐτόξευσεν μάτην·
Σὺ δ᾽ ἐλθὲ, καὶ σήμηνον Ἀργείοις τάδε,
Μὴ θιγγάνειν μου μηδέν᾽, ἀλλ᾽ εἴργειν ὄχλον,
Τῆς παιδός. ἔν τοι μυρίῳ στρατεύματι
Ἀκόλαστος ὄχλος, ναυτική τ᾽ ἀναρχία
Κρείσσων πυρός· κακὸς δ᾽, ὁ μή τι δρῶν κακόν.
Σὺ δ᾽ αὖ λαβοῦσα τεῦχος, ἀρχαία λάτρι,

N 3 Βά-

V. 603. Sic *Brunck* cum Aldina et Moſcou. Vulgata lectio μὲν δὲ.

V. 606. Γὰρ edd. praeter *Brunckium*, cui quatuor *Moſcou.* codd. accinunt praeferentes τοι.

609. Quod in nonnullis membranis occurrit, ἄγγος pro τεύχος, recte pro gloſſa habuit *Brunck.* Vid. *Ion.* v. 1203.

V. 603-608. Ἐτόξευσεν μάτην pro ἐξετόξευσε, vt bene *Reiskius:* haec ſine conſilio et quaſi aliena eiaculata eſt mens mea. In *Suppl.* v. 456. Theſeus pari ratione loquax, claudit ſermonem: καὶ ταῦτα μὲν δὴ πρὸς τάδ᾽ ἐξηκόντισα. V. 605. ſqq. vetat Achaeos tangere filiam, quia polluit eam et foedari, vel ſaltem ludibrio haberi timet. V. 607. Ἀκόλαστος ὄχλος: indomitam omnibus temporibus turbae nauticae licentiam etiam in *Iphig.* A. v. 914. depictam videmus. Ναυτικὸν στράτευμ᾽ ἄναρχον, κἀπὶ τοῖς κακοῖς θρασύ. Κρείσσων, vehementior, veram innuit originem a κρατέω. Κακὸς δ᾽, ὁ μὴ τι δρῶν κακὸν, malus is eſt, qui non cum illis in petulantiae abit ſocietatem: quod quam verum ſit, vel exinde patet, quia haec ſententia in omnes quadrat nebulones.

V. 609-613. Dimiſſo nunc Talthybio ad ſeruam adſtantem conuertitur Hecuba, atque iubet, vt aquam marinam adferat, ad lauandam Polyxenam, quae res poſtea anſam dedit detegendae Polydori caedi. De more iam apud ve-

teres

Βάψασ' ἔνεγκε δεῦρο ποντίας ἁλὸς
Ὡς παῖδα λȣτροῖς τοῖς πανυςάτοις ἐμὴν,
Νύμφην τ' ἄνυμφον, παρθένον τ' ἀπάρθενον,
Λȣ́σω, προθῶμαί θ', ὡς μὲν ἀξία· πόθεν;

Ουκ

V. 613. *ἀξίαν*, edd. praeter Aldinam omnes. *Brunck* ex membranis *ἀξία*, concinentibus quatuor MSS. Moſcouienſibus et duobus Lugdunenſibus a *Valckenario* laudatis ad *Phoen.* v. 1329.

teres obtinente, lauandi mortuos, nota res eſt: lauabantur etiam ii, qui morti obuiam ibant. Alceſtis pro marito ſe deuouens, quum fatalem diem adeſſe ſenſiſſet, ὕδασι ποταμίοις λευκὸν χρόα Ἐλούσατ', in fab. cogn. v. 157. V. 612. Νύμφην τ' ἄνυμφον, παρθένον τ' ἀπάρθενον: ſponſam innuptam, virginem profanatam, h. e. infeliciſſimam. Ex diſſicultatibus huius loci ita ſe expediuerunt interpretes, vt matrem lugentem vel ad deſponſationem filiae cum Achille, vel ad nuptias cum inferis initas reſpexiſſe ſtatuerint. De probabili ſuſpicionis primae vanitate iam diſputauimus in Excurſu primo. Alteram opinionem amplexus eſt *Steinbrychelius*, qui ex Soph. *Antigona* v. 816. 891. oſtendit, virginem moribundam ſaepius inferorum ſponſam, ipſumque etiam ſepulcrum νυμφεῖον et παρακοίταν θάλαμον adpellari. Rectius obſeruauit idem vir doctiſſimus, ſimiles loquendi formulas de morituris feminis, virginibus maxime frequentari a Tragicis, qua re nihil verius. Ludunt enim in eiusmodi oppoſitionibus, vt diuerſis coloribus poemata diſtinguant. Sic in *Perſ.* v. 682. naues Xerxis a Graecis expugnatae atque demerſae audiunt. νᾶες ἄναες ἄναες. In Soph. *Electra* Clytaemneſtra vocatur μήτηρ ἀμήτωρ v. 1154. Mortem ſibi exoptatam hunc in modum aduocat *Aias*: ἰὼ σκότος, ἐμὸν φάος, v. 394. f. c. Triſtem ſuam atque ſolitariam habitationem ἄοικον ἐισοίκησιν eſſe ait *Philoctetes* v. 534. Ilion μεγαλόπολιν ἄπολιν adpellat chorus in *Troad.* v. 1291. Electram vocat, *viduam ante*

thalamos

ANAGNOSTIRIO

Οὐκ ἂν δυναίμην· ὡς δ' ἔχω. τί γὰρ πάθω;
Κόσμον τ' ἀγείρασ' αἰχμαλωτίδων πάρα,
Αἵ μοι πάρεδροι τῶνδ' ἔσω σκηνωμάτων
Ναίουσιν, εἴ τις, τοὺς νεωστὶ δεσπότας
Λαθοῦσ', ἔχει τι κλέμμα τῶν αὐτῆς δόμων.
Ὦ σχήματ' οἴκων, ὦ ποτ' εὐτυχεῖς δόμοι,

Ὦ

V. 618. αὐτῆς, tres Moſcouienſes.

thalamos, Seneca, Graecorum non raro male aemulus in *Agamemn.* v. 992. Adamaſſe has loquendi formulas etiam ſequioris aeui poetas, monſtrabit *Syneſii* locus, *Hymn.* V. v. 1. ſq. quibus Mariam νύμφαν οὐ νυμφευθεῖσαν vocat Libyae epiſcopus. Haec exempla diligentius conquiſiui, non ad inanis doctrinae oſtentationem, ſed vt rem, multis dubiam, clariori in luce collocarem. V. 613. προθῶμαι: proponebantur mortui, apud veteres, peplis coronisque ornati, intra aedes ad ianuam. Vid. *Phoeniſſ.* v. 1329. et Act. IX. v. 37. Πόθεν; repente animum ſubit cogitatio, ſibi omnibus opibus deſtitutae nihil ſupereſſe ad ornandam filiam.

V. 614 - 618. Ὡς δ' ἔχω, nouam ſpeculam concipit in animo: pro viribus id fecero. Τί γὰρ πάθω; quid autem faciam? Schol. τὸ γὰρ ποιοῦν πάθος ἐστίν. Nouae iterum ſe obiiciunt difficultates, ita, vt perpetua ſpe atque deſperatione diſtenta ſit Hecuba: ſed nouam iterum viam rei bene gerendae ſuppeditat ingenium. Apud populares meas, ait, ſeruitii ſocias, in proximis tentoriis habitantes, omnem colligam ornatum, quem Troiae ſurreptum dominis, hucusque forſitan occultauerunt.

V. 619 - 625. Paupertatis et inopiae ſuae conſcientia priſtini ſplendoris deſiderium excitat in animo, cui obſeruationi ſententiam moralem de fortunae atque honoris vanitate ſubiungit poeta. Ὦ σχήματ' οἴκων, de ſplendore ac faſtu generis explicat Musgraue: melius:

Ω πλεῖστ' ἔχων κάλλιστά τ', εὐτεκνώτατε
Πρίαμε, γεραιά θ' ἥδ' ἐγὼ μήτηρ τέκνων,
Ως εἰς τὸ μηδὲν ἥκομεν, φρονήματος
Τοῦ πρὶν στερέντες. εἶτα δῆτ' ὀγκούμεθα,
Ο μέν τις ἡμῶν πλουσίοις ἐν δώμασιν,
Ο δ' ἐν πολίταις τίμιος κεκλημένος;
Τάδ' οὐδέν· ἄλλως φροντίδων βουλεύματα,

Γλώσ-

V. 620. πλεῖστα σχῶν, *Battierius.*

V. 623. Sine interrogatione hunc locum proferri in omnibus editionibus, vehementer miratus ſum. Languet enim ex conſueta interpunctione locus, ita, vt tolerabilis ſenſus ex eo elici vix poſſit. Interrogatiuum eſſe εἶτα, apud Atticos praeſertim, docebit *Vigerus* p. 385.

V. 626. *Reiske* ſuſpicatus eſt: οὐδὲν ἀλλ' ἢ φροντίδων. Locum in mendo cubare, ego pro comperto habeo: quouis modo enim explicetur τὸ ἄλλως, ieiunum atque tenuem ſenſum parit: ſuſpicer ſcriptum fuiſſe: τάδ' οὐδὲν ἀλλ', ὡς φροντίδων βουλεύματα, ita, vt ὡς poſitum credam pro ἢ, aut πλὴν. Vid. v. 596. Sed ſine membranis nihil muto.

lius: de omnium rerum adfluentia in regia Priami domo. Vid. *Phoen.* v. 912. Ω πλεῖστ' ἔχων, o qui plurima habuerat! *Reiske* ſubintelligit τέκνα. Εις τὸ μηδὲν ἥκομεν, quam ad nihilum ſumus redacti! Φρόνημα, iactantia, *Hobeit:* στερέντες pro στερηθέντες poſitum eſſe vult *Brunckius.* V. 623. εἶτα δῆτ' ὀγκούμεθα, quorſum itaque intumeſcimus? εἶτα poſitum eſt ὀργητικῶς et vt rei indignitatem exprimat. Τίμιος κεκλημένος: dominus vocatus. *Theophraſt.* Char. X. ἐνωχοῦ τίμιε, quem ad locum *Caſaubonus* docet, vt apud Romanos ſuperiores dignitate *domini* ſalutabantur, ſic eos apud veteres Atticos τιμίους audiuiſſe. *Andr. Eurip.* fragm. XVI. 2. τίμιος πλουτῶν ἀνήρ.

V. 626-628. Τάδ' οὐδὲν: haec omnia ſunt inania. Αλλως pro μάτην: inanes, anxiae curae. Vide var. lect. Κόμπος, ſtridor

Γλώσσης τε κόμποι. κεῖνος ὀλβιώτατος,
Οτῳ κατ᾽ ἦμαρ τυγχάνει μηδὲν κακόν.

Στροφή.

ΧΟΡ. Εμοὶ χρῆν συμφορὰν,
Εμοὶ χρῆν πημονὰν γενέσθαι,
Ιδαίαν ὅτε πρῶτον ὕλαν
Αλέξανδρος εἰλατίναν
Ετάμεθ᾽, ἅλιον ἐπ᾽ οἶδμα ναυςολήσων
Ελένας ἐπὶ λέκτρα, τὰν καλ-
λίςαν ὁ χρυσοφαὴς
Αλιος αὐγάζει.

Αντι-

V. 628. Primus *Moſcouienſis:* οὐδὲν τυγχάνει κακόν.

V. 633. ex membranis *Brunckianis* et *Moſcouienſibus* adpoſuimus. Edd. reliquae diuidunt poſt εἰλατίναν. Iidem codd. praeferunt ἐπ᾽ οἶδμα, cum Aldina. Vulgata lectio eſt ὑπ᾽ οἶδμα. *Reiske* mutaturus erat ὑπὲρ.

ſtridor dentium apri, deinde iactantiae ſtrepitus. Oſtendit poeta, neque in voluptatibus, neque in dignitate atque imperiis perpetuam felicitatem eſſe quaerendam. Sequentem ſententiam varie effert *Euripides:* vid. *Troad.* v. 509. ſq. et 1202. ſq. *Ennius* apud *Cicer.* de Fin. II. 13. *nimium boni eſt, cui nil mali eſt.*

V. 629 - 636. Paulo poſt, quum ferua abiiſſet, fluctus marinos adferens, etiam Hecuba diſceſſerat in tentoria Troadum, vt ornatum, ſi quem forte inuenerit, adportaret Polyxenae. Ne itaque vacua relinqueretur ſcena, chorus, vsque ad reditum ſeruae, intercinit actum, Paridem deuouens atque Helenam, qui in cauſa erant, vt ipſe, Troia vaſtata, Polyxenaque immolata, ſeruitutis iugum ſubire cogeretur. Quum autem omnia chori Euripidei carmina ad quatuor claſſes reuocanda ſint, ita

---

Αντιϛροφή.

Πόνοι γὰρ, καὶ πόνων
Ανάγκαι κρείσσονες, κυκλοῦνται.
Κοινὸν δ᾽ ἐξ ἰδίας ἀνοίας
Κακὸν τᾷ Σιμουντίδι γᾷ
Ολέθριον ἔμολε, συμφορά τ᾽ ἀπ᾽ ἄλλων.
Εκρίθη δ᾽ ἔρις, ἂν ἐν Ιδᾳ
Κρίνει τρισσὰς μακάρων

Παι-

V. 639. Cod. *Moſcou.* τ᾽ ἐξ ἰδίας.

ita vt chorus inopinatis euentis perculſus, vel ſenſus animi *hymnis* effundat, vel ſuos amicorumque caſus *threnis* deploret, vel incertum rerum euentum *diuinando* adſequi conetur, vel tandem *philoſophicas ſententias* rebus praeſentibus aptas proferat, facile patet, nunc omnesque Hecubae choros ad ſecundam claſſem eſſe referendos. Habes praeſertim in his, quod mireris egregiam ingenii Euripidei vbertatem, quum haec omnia, quae fere eiusdem ſunt argumenti, non mira ſolum variatione diſtinxiſſet, ſed etiam ad teneriores adfectus et miſericordiam mouendam compoſuiſſet. Vid. *Heeren*, a quo iſta profeci, in egregia diſſertatione, *de chori Graecorum tragici natura et indole*, p. 38. et 44. Εμοὶ χρῆν γενέσθαι, mihi calamitatem et cladem decreuerat fatum, ὅτε Α. εἰλατίναν ὕλαν ἑ. quum Alexander abietem caederet in monte Ida, *ad nauem conficiendam*, qua mare traiecit, ad Helenam corrumpendam. Praeclari verſus ſunt 635 ſqq.: pulcherrimam, quam aurei ſolis radii colluſtrant. Altiſſimas exitii cauſas indagat chorus, vt nexum rerum oſtendat, ab εἱμαρμένῃ geſtarum.

V. 637-644. Πόνοι κυκλοῦνται: aerumnae circumdant nos et ἀνάγκαι, ſeruitus et saeua dominorum imperia. Κακὸν κοινὸν ἐξ ἰδίας, συμφορά τ᾽ ἀπ᾽ ἄλλων, ὀλέθριον ἔμολε

τῇ

Παῖδας ἀνὴρ βούτας,
Επῳδός.
Επὶ δορὶ, καὶ φόνῳ, καὶ ἐμῶν
Μελάθρων λώβα·
Στένει δὲ καί τις ἀμφὶ τὸν
Ευρουν Ευρώταν
Λάκαινα πολυδάκρυτος ἐν δόμοις κόρα·
Πολιόν τ' ἐπὶ κρᾶτα μάτηρ
Τέκνων θανόντων τίθεται
Χέρα, δρύπτεταί τε παρειὰν,
Δίαιμον ὄνυχα τιθεμένα σπαραγμοῖς.

O 2 ΘΕΡ.

V. 644. Sic poſt *Reiskium*, *Brunck.* In vulgaribus edd. punctum datur poſt v. βούτας.

V. 645. καὶ ante ἐμῶν omittit primus *Moſcou.* et, quartus in v. 647. δὲ ante καί.

V. 648. Edd. εὔῤῥουν. *Brunck* εὔρουν adſtipulantibus quatuor *Moſcou.* V. 650. *Aldina*, *Barneſiana* aliaeque edd. μήτηρ. Obſidet hocce vitium etiam codices, vt in ſenarios Doricam formam inuehant, qui eam non admittunt, in melicis autem alieno loco introducant Ionicam.

τᾷ Σιμουντίδι γᾷ: exitiale malum inuaſit Troicam terram, quod tam ex noſtra, h. e. Paridis, amentia, quam ex aliis, Deabus nimirum et in primis a Venere fluxit. Verecundius addit ἀπ' ἄλλων, ne expreſſis verbis in Deas reiiciat peſtis Troianae originem: veram tamen eſſe explicationem, patet ex annexa ſtatim Paridis mentione. Σιμοέντις teſte Strabone fuerat latior campus, ad Simoentem fluuium, locus certaminum inter Graecos et Troianos. Ανὴρ βούτας, bubulcus, βουκόλος, *Iphig.* A. v. 180. Pauit enim armenta in monte Ida, priusquam ab Hectore et fratribus agnoſceretur.

V. 645 - 653. Επὶ δορὶ, iſtud autem iudicium bellum, caedem

ΘΕΡ. Γυναῖκες, Ἑκάβη πȣ̃ ποθ᾽ ἡ πανάθλια,
Η πάντα νικῶσ᾽ ἄνδρα, καὶ θῆλυν σποράν,
Κακοῖσιν; ȣ̓δεὶς ςέφανον ἀνθαιρήσεται.

ΧΟΡ. Τί δ᾽, ὦ τάλαινα, σῆς κακογλώσσȣ βοῆς,
Ὡς ȣ̓̃ ποθ᾽ εὕδει λυπρά σȣ κηρύγματα;

ΘΕΡ.

caedem aediumque vaſtationem nobis intulit. Omnia concise et ornate iunxit poeta. In ſequentibus conſolari videtur mentem captiuarum, quod Achaides multas fortunae plagas ſuorumque caedes experti ſint. Etiam in hac prouincia, vnde belli initium promanauit, ſponſos filiosque occiſos lugent matres et ſponſae. Εὐρουν Εὐρώταν: teſte *Pauſania* ſic dictus eſt fluuius ab Eurota, Laconiae rege, qui ſtagnantem in campo aquam, facta foſſa in mare deriuauit. Vid. *Cyclop.* v. 303. ſqq. Πολιὸν τ᾽ ἐπὶ κρᾶτα μ. τ. χ. e canis capitibus matris euelſunt capillos, genasque dilacerant, vt vngues cruore inficiantur. Haec omnia grauiſſimum luctum ſignificant. Vide ſimiles vnguium impetus in *Choeph.* v. 22. ſqq. *Oreſt.* v. 959. et *Cyrop.* L. III. c. 1.

V. 654 - 658. Reuerſa nunc a mari ſerua pro lauacris mortuum adfert Polydorum, peplo ſuo inuolutum, id quod anſam dabit Polymeſtori aduocando et poenae de crudelitate eius ſumendae. Vid. ad h. l. Excurſ. V. de duplici dramatis actione. Ποῦ ποθ᾽ ſc. ἐςὶ, quam ellipſin parit adfectus: captat enim attentionem a rei grauitate. Θῆλυν σποράν, ornate pro γένος. Στέφανον ἀνθαιρήσεται: continuat metaphoram v. νικῶσα: victores enim coronis ornabantur. Senſus: inter viros et mulieres Hecuba ſummum attigit calamitatis faſtigium. In iis, quae regerit chorus, notanda eſt conſtructio paulo inſolentior: quid hoc eſt clamoris tui male ominati? Poſſis etiam interpungere τί δ᾽; per apoſiopeſin chori. Vid. ſupra v. 182. Ὡς οὔποθ᾽ εὕδει, quam ſemper mali aliquid nuncias? Collegerim fere ex hoc loco, ſeruam, quae diu multumque verſata erat

cum

ΘΕΡ. Ἑκάβη φέρω τόδ᾽ ἄλγος· ἐν κακοῖσι δὲ
Οὐ ῥᾴδιον βροτοῖσιν εὐφημεῖν στόμα.
ΧΟΡ. Καὶ μὴν περῶσα τυγχάνει δόμων ἄπο
Ἥδ᾽· εἰς δὲ καιρὸν σοῖσι φαίνεται λόγοις.
ΘΕΡ. Ὦ παντάλαινα, κἄτι μᾶλλον ἢ λέγω,
Δέσποιν᾽, ὄλωλας· κοὐκέτ᾽ εἶ βλέπουσα φῶς,
Ἄπαις, ἄνανδρος, ἄπολις, ἐξεφθαρμένη.
ΕΚ. Οὐ καινὸν εἶπας· εἰδόσιν δ᾽ ὠνείδισας.

O 3

Ἀτὰρ

V. 661. Ὑπὲρ pro ἄπο, cod. reg. Par. conſentiente primo *Moſcou.*

V. 662. Vulgata lectio eſt τοῖσι. Veram ſcripturam poſt *Heathium* reuocarunt *Muſgraue* et *Brunck*, conſentiente Scholiaſta cum quatuor *Moſcou.*

V. 664. Κοὐκέτι habet tertius *Moſcou.* Κοὐκ ἔτ᾽ habet MS. Leidenſe, id quod probauit *Valckenarius* ad Hippol. v. 914.

V. 666. Sic iam Baſileenſes omnes, quas ſecutus eſt *Brunck*, adſtipulantibus quatuor *Moſcouienſibus.* Vulgata, ὀνείδισας.

cum Hecuba, v. 609. fuiſſe κορυφαίαν chori v. 100. ſqq. vbi malum nuntium de Polyxenae immolatione attulerat.

V. 659-665. Ε. φέρω τόδ᾽ ἄλγος: his verbis Polydorum ex humeris demittit in terram, atque ſignificat, ſe non choro, ſed Hecubae nouam nuntiare calamitatem. Ἐν κακοῖσι δὲ, in malis enim difficile eſt, ab infauſtis ſibi temperare ſermonibus. Στόμα εὐφημεῖν, bene ominari os: non opus eſt ellipſi praep. κατὰ. V. 661. ſeqq. Vid. ad v. 53. Εἰς καιρὸν, opportune, εὐκαιρῶς aduenit, vt tuos audiat ſermones. V. 663. ſqq. Quamuis infauſtis admodum adloquiis compelletur Hecuba, aptius tamen hoc fit, quam ſi vno verbo tota res ſtatim enarraretur. Κ᾽οὐκετ᾽ εἶ βλέπουσα φῶς, non de vitae iactura et periculo, ſed de vi ſumma infortunii accipiendum eſt. Ἐξεφθαρμένη, funditus et e radicibus perdita.

V. 666-669. Percelli nequit regina hoc triſti prooemio,

ANAGNOSTIRIO

Ατὰρ τί νεκρὸν τόνδ᾽ ἐμοὶ Πολυξένης
Ηκεις κομίζȣσ᾽, ἧς ἀπηγγέλθη τάφος
Πάντων Αχαιῶν διὰ χέρος σπȣδὴν ἔχειν;
ΘΕΡ. Ηδ᾽ ȣ̓δὲν οἶδεν, ἀλλά μοι Πολυξένην
Θρηνεῖ· νέων δὲ πημάτων ȣ̓χ ἅπτεται.
ΕΚ. Οι ἐγὼ τάλαινα, μῶν τὸ βακχεῖον κάρα
Τῆς θεσπιωδȣ̃ δεῦρο Κασάνδρας φέρεις;

ΘΕΡ.

V. 667. Suſpicor legendum eſſe νεκρὸν τόδε Πολυξένης. In v. νεκρὸν enim, vbi pro cadauere ſumitur, ſemper intelligendum eſt σῶμα, vt bene docuit *Bos*, Ellipſ. p. 318. ed. Schwebel. Fauet mutationi etiam metrum: nolo tamen in tanto codd. et edd. conſenſu aliquid nouare. Qui ad v. 756. prouocant, fruſtra id faciunt: nam marem ibi eſſe ſuſpicatur Agamemnon.

mio, quippe quae iam obdurata erat perpetuis malis. Ειδόσιν δ᾽ ὠνείδισας, quae tu mihi occentas, haec omnia iam nota ſunt; ſeu, vt Electrae verbis vtar, f. c. apud *Soph.* v. 850. in ſimili compellatione, κἀγὼ τοῦδ᾽ ἴςωρ, ὑπερίςωρ. Stupet tamen nouo cadaueris adſpectu terrefacta, quod aliqua ex parte nudatum viderat. Ηκεις κομίζουσ᾽, adfers mihi nunc: fere vt Galli, *tu viens de m' apporter.* Ης α. τάφος π. Α. cuius ſepulturam, vt mihi nuntiauit Talthybius, Achaei omni ſtudio curant. Διὰ χερὸς σπουδὴν ἔχειν, deſignat feſtinans ſtudium et indefeſſam occupationem.

V. 670 - 673. Quum tres verſus antecedentes pronuntiaret Hecuba, ſerua ad mortuum progreſſa, peplo, ſeu velo potius eum liberare et in omnium conſpectum adducere conatur. Inclinato hunc in modum corpore ſeorſim et auerſa effatur v. 670. et ſqq. de quibus nihil audit Hecuba. Quum autem lentius proceſſiſſet negotium, nec ſerua velamentum repente detrahere et expedire potuiſſet, Caſſandrae timere incipit genetrix. Κάρα Κασάνδρας non eſt caput, hoc enim ſta-

tim

ΘΕΡ. Ζῶσαν λέλαικας· τὸν θανόντα δ' οὐκ ςένεις
Τόνδ'· ἀλλ' ἄθρησον σῶμα γυμνωθὲν νεκρῦ,
Εἰ σοι φανεῖται θαῦμα, καὶ παρ' ἐλπίδας.
ΕΚ. Οἴμοι, βλέπω δὴ παῖδ' ἐμὸν τεθνηκότα

Πολύ-

V. 675. ἄθροισον, quartus *Moſcou.* male.

V. 677. δὴ tres *Moſcou.* cum *Brunckio.* Vulg. δὲ παῖδ'.

tim a cadauere diſtinguere potuiſſet ſed idem quod ψυχὴ Καϲάνδρας v. 88. Caſſandra ipſa. Βακχεῖον, furioſum, vatidicum. De furore vatum vide ſupra ad v. 88. et locum egregium *Aeneid.* VI. 46. ſqq.

V. 674-676. Ζῶσαν λέλακας, viuit adhuc ea, de qua loqueris. Ἀλλ' ἄθρησον, his verbis, integumento correpto, deuelatum oſtendit Polydorum. Eſt itaque σῶμα γυμνωθὲν, non cadauer plane nudum, ſed corpus, facie aperta, ita vt cognoſci potuerit. Probabile enim eſt, Polydorum non nudum, ſed veſtibus ſuis indutum in mare deiectum fuiſſe, a Polymeſtore, quia Agamemnon v. 731. Troianum agnoſcit ex veſte, quam Troades in tanta celeritate adferre vix potuerant. Nec Athenienſes hanc indecentiam tuliſſent in ſcena. Meliora itaque edocendi ſunt, qui friuole et inique ſugillant Euripidem, quod intra paucos verſus nudum et veſtitum cadauer in ſcenam produxerit. De perſonis peplo inuolutis vide quae notauimus ad v. 487. et *Alceſt.* v. 1120. quae operto etiam capite introducitur. Εἰ σοι φανεῖται θαῦμα, an non res atrox, nec exſpectata vnquam ſe tibi offerat. Εἰ, *annon*, vt optime oſtendit *Steinbrychel:* languet enim pro ἐπεὶ poſitum.

V. 677-680. En matrem tam multis malis oppreſſam et nouo tamen oeſtro concitatam! Comparare iuuabit Aegiſthi exclamationem *Electr.* Soph. v. 1475. cum Clytaemneſtram videret ab Oreſte proſtratam. Κατάρχομαι v. B. cum genitiuo conſtrui, v. κατάρχεσθαι, poſt *Heathium* et *Steinbrychelium*

Πολύδωρον, ὅν μοι Θρῂξ ἔσωζ' οἴκοις ἀνήρ.
Ἀπωλόμην δύστηνος, οὐκέτ' εἰμὶ δή.
Ὦ τέκνον, ὦ τέκνον, αἶ, αἶ, κατάρχομαι νόμων
Βακχείων, ἐξ ἀλάστορος ἀρτιμαθὴς κακῶν.
ΘΕΡ. Ἔγνως γὰρ ἄτην παιδὸς, ὦ δύστηνε σύ.

EK.

V. 678. ἔσωζεν, primus *Moſcou.* reliqui ἔσωζ' vt ex reg. Par. et *Aldina* dedit *Brunck.* Vulgata l. eſt ἔσωσ'.

V. 680. Hunc et ſequentes verſus *Brunckius* non ſolum alium in ordinem redegit, ſed textum etiam ex ingenio refinxit. Habet enim ὦ τέκνον, τέκνον et κατάρχομαι νόμον Βακχεῖον, quemadmodum et in Britannicorum aliquo inuenit *King.* Reliqui codd. et editiones omnes cum Scholiaſta conſentiunt in νόμων B. Nolim itaque noui metri cauſa mutare textum, cum idem in ſequentibus occurrat. Lectio γόων pro νόμων, quam iam Scholiaſtae tempore membranae quaedam praetulerant, omnino pro gloſſa erit declaranda.

V. 682. Sic edd. *Canterus* ex Scholiaſta legit σοῦ, quod ad praecedens παιδὸς referendum eſſet. Sic iam *Eraſmus* et inter recentiores etiam *Brunckius*, inuitis tamen membranis ſuis, quae noſtram etiam lectionem tuentur. Languet certe hic v. σοῦ, quum σὺ miſerationis adfectum feliciſſime exprimat.

lium etiam oſtendit *Kuinoelius* meus ad *Alceſt.* v. 75. Confer adhuc *Phoen.* v. 576. Νόμος verbum ſolemne ad indicandum cantus numerum et rationem. Νόμοι βακχεῖοι ſpectat ad infanam Baccharum vociferationem, quando Deum, a Titanibus fruſtillatim diſcerptum, cum luctuoſa eiulatione quaerebant. Omnia vere et praeclare adumbrauit poeta: perpetuae enim calamitates in furorem agunt homines. Ἀλάστωρ, idem quod Δαίμων βαρὺς v. 719. qui infinitis aerumnis adfligit et agitat homines. Optimus interpres eſt Aeſchylus in *Perſis* v. 354. φανεὶς ἀλάστωρ ἢ κακὸς δαίμων ποθέν. Frequentauiſſe inprimis Tragicos v. ἀλάστωρ docet *Harpocration* p. 20. ad quem videndus eſt Valeſius. Ἄτην, exitium, βλάβην, ornate pro morte.

ΕΚ. Απιϛ᾽, ἄπιϛα, καινὰ καινὰ δέρκομαι·
Ετερα δ᾽ ἀφ᾽ ἑτέρων κακὰ κακῶν κυρεῖ·
Ουδέποτ᾽ ἀδάκρυτος, ἀϛένακτος
Αμέρα μ᾽ ἐπισχήσει.
ΚΟΡ. Δεῖν᾽, ὦ τάλαινα, δεινὰ πάσχομεν κακά.
ΕΚ. Ω τέκνον, τέκνον ταλαίνας ματρὸς,

Τίνι

V. 684. ſ. Hos verſus in *Barneſiana* male in binos inuenies diuiſos: iuncti enim occurrunt in vett. edd. in codd. et ed. *Brunck.* Neque enim ſunt ſtrophici, vt voluit *Barnes*, ſed aſynarteti ex dogmaicis. Melicos tamen eſſe hos verſus, monſtrat forma Dorica, quam conſtanter in ſequentibus praeferunt codices. *Heathii* et *Kingii* lectionem ἐφ᾽ ἑτέρων recte repudiarunt VV. DD. vt non graecam: noſtram enim ſcripturam etiam *Moſcouienſes* tuentur.

V. 685. Tertius et quartus *Moſcou.* ἀδάκρυτον, ἀϛένακτον.

V. 686. Ημέρα duo *Moſcouienſes* cum Scholiaſta: reliqui praeferunt ἁμέρα, vt etiam *Brunck* legit.

morte. Cognoſcis *nunc* filii tui cladem? Videtur primo adſpectu reſponſum ſeruae cum quadem ἐπιχαιρεκακίᾳ prolatum: qui autem totum ſermonem adcuratius inſpexerit, ille facile videbit, ſeruam, ſenſu iam amiſſo poſt querelas incaſſum prolatas, obſtupeſcentem potius, quam illudentem iſta verba pronuntiare.

V. 683 - 687. Απιϛα δέρκομαι, res inauditas et plane nouas adſpicio: ἕτερα κυρεῖ, alia ſtatim alia ſubſequuntur mala, ſeu, vt Sophoclis interpretatione vtar, *Oed.* Col. v. 537. ſ. μυρίων ἐπιϛροφὰς κακῶν ἔπαθον. Ημέρα ἀδάκρυτος, ἀϛένακτος, dies, qui non lachrymas et gemitus adferat, οὐδέποτε μ᾽ ἐπισχήσει, nunquam me offendet, nunquam illuceſcet. Atque nunc ipſe chorus abit in luctus ſocietatem.

ANAGNOSTIRIO

V. 688 - 694. Τίνι μόρῳ θνήσκεις; quonam fato periiſti? Tenendum eſt hic, quodlibet violentum mortis genus

 Graecos

Τίνι μόρῳ θνήσκεις, τίνι πότμῳ κεῖσαι;
Πρὸς τίνος ἀνθρώπων;
ΘΕΡ. Ουκ οἶδ᾽· ἐπ᾽ ἀκταῖς νιν κυρῶ θαλασσίαις.
ΕΚ. Εκβλητον, ἢ πέσημα φοινίȣ δορὸς;
ΘΕΡ. Εν ψαμάθῳ λευρᾷ
Πόντȣ νιν ἐξήνεγκε πελάγιος κλύδων.
ΕΚ. Ὤι μοι, αἶ, αἶ,
Εμαθον ἐνύπνιον ὀμμάτων, ἐμῶν
Οψιν

V. 692. Quatuor *Moſcouienſes* habent φονίου, quae ſane vſitatior eſt apud Euripidem ſcriptura. Nec tamen deſunt exempla pro v. φοινίου, quae Sophocli eſt frequentior.

V. 696. Εμαθον ἐνύπνιον ὀμμάτων ἐμῶν ὄψιν, *Brunck*, qui ἐνύπνιον adiectiue cum v. ὄψιν iungendum eſſe monuit: ſed boni autores ἐνύπνιον ſemper ſubſtantiue acceperunt. *Barneſiana* habet τ᾽ ἐμῶν, ſuffra-

Graecos adpellauiſſe μοῖραν, ſeu μόρον: qua ex re orta eſt differentia formulae, mori προ ὥρας, in iuuentute, et προ μοίρας, vi ſibi illata. Eiusmodi θάνατος erat vel καθαρὸς, ſi quis enſe confoſſus peribat, vel μιαρὸς, ſi quis laqueo ſuſpendebatur. Cfr. *Odyſſ.* XXII. v. 462. ſqq. et ante omnes *Helen.* v. 306-309. Τίνι πότμῳ κεῖσαι; qua fortuna periiſti? Κεῖσαι reſpondet v. θνήσκεις et πότμῳ v. μόρῳ. V. 691. κυρῶ νιν, inueni eum, caſu in eum incidi. V. 692. Πέσημα φοινίου δορὸς, ornate, pro πεσόντα διὰ φ. δ. Disquirit autem, num a mari eiectum, vel inimica haſta confoſſum et in ſanguine ſuo iacentem eum offenderit. Εν ψαμάθῳ λευρᾷ, ornatius, quam εἰς ψάμαθον λευρὰν, quia notionem eiectionis et repoſitionis Polydori coniungit: in littus humile eum eiecit. Πελάγιος κλύδων, fluctuum aeſtus.

V. 696-701. Εμαθον ἐνύπνιον, vide ad v. 77. ſq. et Excurſ. III. Ου με παρέβα φάσμα, noluit a me diſcedere ſpectrum, ſed

ANAGNOSTIRIO

Οψιν, ἅ με παρέβα φάσμα
Μελανόπτερον, ἂν ἐσεῖδον
Αμφί σ', ὦ τέκνον, οὐκέτ'
Οντα Διὸς ἐν φάει.

ΧΟΡ. Τίς γάρ νιν ἔκταν'; οἶσθ', ὀνειρόφρον,
Φράσαι;

ΕΚ. Εμὸς, ἐμὸς ξένος, Θρήκιος ἱππότας,

ſuffragantibus *Battierio*, *Kingio* et *Steinbrychelio:* bene tamen iſta particula etiam omittitur a *Moſcouienſibus*. In verſibus ſequentibus legit *Brunckius:* φάσμα παρέβα et ἂν εἶδον, vt verſus exſiſtat trochaicus. Nos quidem a conſueta lectione diſcedere noluimus, quia in hoc loco, vt ſupra v. 70. ſqq. continuam adeſſe mutationem metri, quod plane expedire vix poſſumus, pro comperto habeo. Variant inſuper omnes ſere codices in diſtinguendis verſibus.

V. 702. Εμὸς ξένος edd. vulg. quae hos verſus etiam aliter diuidunt, ita, vt finiant v. ξένος, ἱππότας, πατὴρ, κρύψας. Noſtram diuiſionem atque lectionem tuetur *Brunck* et cum illo optimi *Moſcouienſes*.

ſed adſtans continuo me anxit: qua re denuo ſignificat, hoc non fuiſſe viſionem volatilem, ſed grauem et manentem, propiereaque veram. Redit nunc matronarum more ad priſtinum inſomnium, de quo iam ſupra male erat ominata, quod autem nunc videt impletum: quapropter ait, ſe ſuam non fefelliſſe ſuſpicionem, nam τελεύτασαν λόγων κορυφαὶ ἐν ἀλαθείᾳ πετοῖσαι, vt canit Pindarus. Interrogat itaque chorus: ὀνειρόφρον, quod ſi ſomniorum tam perita es, φράσαι, dicas quaeſo, qui filium tuum occiderit?

V. 702 - 709. Θρήκιος ἱππότας, Polymeſtor, qui propter imperium in λαὸν φίλιππον (ſupra v. 9.) audit Threiicius eques. Γέρων πατὴρ, ad animum commouendum: quum enim parentes in ſenectute ante omnes diligant liberos natu minimos, in primis etiam Polydori,

ANAGNOSTIRIO

Ιν᾽ ὁ γέρων πατὴρ ἔθετό νιν κρύψας.
ΧΟΡ. Ὠι μοι, τί λέξεις; χρυσὸν ὡς ἔχοι κτανών;
ΕΚ. Ἀῤῥητ᾽, ἀνωνόμαστα, θαυμάτων πέρα,
Οὐχ ὅσιά τ᾽, οὐδ᾽ ἀνεκτά. ποῦ δίκα ξένων;
Ἰω κατάρατ᾽ ἀνδρῶν, ὡς διεμοιράσω
Χρόα, σιδαρέῳ τεμὼν φασγάνῳ
Μέλεα τοῦδε παιδὸς, οὐδ᾽ ᾤκτισας.

ΧΟΡ.

V. 704. Huius verſus hemiſtichia transponenda iudicauit *Reiske*, vt partem orationis Hecubae efficerent. Sed mutationë non opus eſt, membranis nihil mutantibus. *Brunck* habet ὤ μοι, *Moſcou.* vltimus λέξῃς, idemque cum reliquis tribus ἔχῃ, quam meliorem iudico vulgata lectione ἔχοι.

V. 707. ſeqq. in *Brunckianis* atque *Moſcouienſibus* eadem ratione, qua apud nos, digeſti inueniuntur, quum ſex verſus ex iis efficiant editiones vulgares. Pro ἰὼ habet *Brunckius* ὤ, et pro ᾤκτισας, quod poſt *Brunckianos* codd. etiam in primo *Moſcouienſi* inuentum eſt, edd. habent ὠκτίσω.

lydori, νεωτάτου inter Priamidas, rationem habuit Priamus, eumque ad hoſpitem ſuum miſit, ἔθετό νιν κρύψας, vt eum occultaret. V. 704. Suſpicatur iam chorus caedis rationem, χρυσὸν ὡς ἔχῃ κτανών, vt poſt filii mortem auro ſuo potiretur. V. 405. Propius nunc intuetur Hecuba laceratum ſpiculisque confoſſum filii corpus, quo adſpectu a diris et exſecrationibus in Polymeſtorem immittendis ſibi temperare non poteſt. Ἀνωνόμαστα, nulla oratione exprimenda, infanda, deteſtanda: ὀνόμαστα contra ſunt res celebrandae et gloria dignae. *Iſocr.* in *laud. Hel.* p. 518. ἐπαφρόδιτος καὶ παρὰ πᾶσιν ὀνομαστὴ ποίησις. Θαυμάτων πέρα, vltra omnem admirationem: ſed πέραν etiam Graecum eſt. Illuſtrat locum *Iphig.* T. v. 839. ſ. θαυμάτων πέρα καὶ λόγου πρόσω, τάδ᾽ ἐπέβα. De voc. ὅσιος videſis ad *Ammonium* p. 207. ſ. Ποῦ δίκα ξένων; ius hoſpitii, quod ſanctum et inuio-

ΧΟΡ. Ω τλῆμον, ὥς σε πολυπονωτάτην βροτῶν
Δαίμων ἔθηκεν, ὅςις ἐςί σοι βαρύς.
Αλλ' εἰσορῶ γὰρ τοῦδε δεσπότȣ δέμας
Αγαμέμνονος· τȣ̉νθένδε σιγῶμεν, φίλαι.
ΑΓΑΜ. Εκάβη, τί μέλλεις παῖδα σὴν κρύ-
πτειν τάφῳ,

V. 710. Τλήμων duo primores *Moſcouienſes.*

V. 714. Cui iam olim (in verſ. p. 98.) locum conceſſeram, ſuſpicioni, interpunctione minus recta, locum huncce intricatum et impeditum eſſe factum, hanc a viris acutiſſimis laudatam atque repudiatam, vel in praeſentia dimittere nequeo. Habeo enim mihi quam perſuaſiſſimum, interrogationis ſigno, vt in omnibus inuenitur editionibus, poſt v. κόρης poſito, orationem Agamemnonis non ſolum mirum in modum languere, ſed philologicam etiam, in formula ἐφ' οἷσπερ, rationem receptae explicationi aduerſari. Incido itaque iam poſt v. ἐλθοῦσ'; con-

inuiolabile erat veteribus. V. 708. Γέμων, diſſecans, fruſtillans, σιδαρέῳ φασγάνῳ, ferreo enſe: φάσγανον, inuiſo nomine, gladius, cultellus, quo quis trucidatur, pro ξίφος. V. 709. Οὐδ' ᾤκτισας iungendum cum διεμοιράσω, ſine commiſeratione diſcerpſiſti. Eadem constructio in loco ſimillimo, *Iob.* XVI. v. 13. יפלח כליותי ולא יחמל.

V. 710 - 713. Aptiſſimo admirabundi chori epiphonemate finiuntur Hecubae querelae, vt res ad noua euenta feſtinet.

Πολυπονωτάτην, laborioſiſſimam, innumeris aerumnis obnoxiam. Succurrit locus amoeniſſimus in *Oreſte* v. 174. ſq. πότνια Νὺξ Υπνοδότειρα τῶν πολυπόνων βροτῶν. V. 711. Δαίμων βαρὺς, qui ἀλάςωρ audiebat v. 681. Repentinus Agamemnonis aduentus, ad quem pulchre praeparat chorus, ſuggerit nunc atque maturat conſilium de vindicta et poena a Polymeſtore ſumenda.

V. 714 - 723. Iam ſupra v. 605. mandauerat Talthybio Hecuba, vt in pleno Achaeorum

ANAGNOSTIRIO

Ελθȣ̃σ'; ἐφ' οἷσπερ Ταλθύβιος ἤγγειλ' ἐμοὶ,
Μὴ θιγγάνειν σῆς μηδέν' Αργείων κόρης,
Ημεῖς μὲν ȣ̃ν ἐῶμεν, ȣ̓δὲ ψαύομεν·
Σὺ δὲ σχολάζεις, ὥϛε θαυμάζειν ἐμέ.
Ηκω δ' αποϛελῶν σε. τἀκεῖθεν γὰρ εὖ
Πεπραγμέν' ἐϛὶν, εἴ τι τῶνδ' ἐϛὶν καλῶς.
Εα, τίν' ἄνδρα τόνδ' ἐπὶ σκηναῖς ὁρῶ
Θανόντα Τρώων; ȣ̓ γὰρ Αργείων, πέπλοι
Δέμας περιπτύσσοντες, ἀγγέλλȣσί μοι.

ΕΚ.

coniecturam autem, qua οὖν in οὔκ mutandum putaui, (ἡμεῖς μέν οὔκ ἐῶμεν ſc. αὐτὴν θιγγάνεσθαι), quum ſileant codices, aliis adnumero, quibus nunc donatur, ſeu infeſtatur potius Euripides.

V. 719. Μεταϛελῶν mutaturus erat *Valckenarius* ad *Phoen.* v. 1327. inuito tamen *Brunckio*, qui bene oſtendit, decori rationem non tuliſſe, vt rex de Hecuba ad populi concionem deducenda cogitaret. Nec quid nouant codices.

rum confeſſu pronuntiaret, ne quis filiam tangat immolatam: ſe ipſam enim mox aduenturam et Polyxenam ſepulturam eſſe. Haec autem filiae iuſta merito ſilentio trangreſſus eſt poeta, quippe quae huc nihil facerent, neque totius rei amplius mentionem iniecturus fuiſſet, niſi probabilis ratio Agamemnonis ex concione aduentus adferenda fuiſſet. Subiratus itaque interrogauit Hecubam: τί μέλλεις ἐλθοῦσα; quid cunctaris ad filiae tuae ſepulturam adproperare? Εφ' οἷσπερ, *ex eo* enim tempore, quo Talthybius mihi nuntiauit, neminem Achaeorum admouere manum debere puellae, nos vtique iacere eam ſinimus, neque vllo modo contrectamus. Σὺ δὲ σχολάζεις, tu vero otioſa adſides. Ηκω δ' ἀποϛελῶν σε, venio nunc te ad congregationem dimiſſurus. V. 720. Luſus in oratione Tragicis frequens: quodſi in tota re boni quid eſt, omnia ibi bene iuuenies geſta. *Troad.* v. 1170. μακάριος ἦσθ' ἄν, εἴ τι

ΕΚ. Δύϛην᾽, ἐμαυτὴν γὰρ λέγω, λέγουσά σε,
Ἑκάβη, τί δράσω; πότερα προσπέσω γόνυ
Ἀγαμέμνονος τοῦδ᾽, ἢ φέρω σιγῇ κακά;
ΑΓΑΜ. Τί μοι προσώπῳ νῶτον ἐγκλίνασα σὸν
Ὀδύρῃ, τὸ πραχθὲν δ᾽ οὐ λέγεις; τίς ἔσθ᾽ ὅδε;
ΕΚ. Ἀλλ᾽ εἴ με, δούλην πολεμίαν θ᾽ ἡγούμενος,

Γονα.

V. 728. Δύρῃ habet *Musgraue*, quem ſequitur *Brunck*: δύρεσθαι, ὀδύρεσθαι, θρηνεῖν, *Heſych*. Codd. vnanimiter ὀδύρῃ, quapropter Bacchium hic pro Anapaeſto poſitum eſſe, cum *Barneſio* contendo.

τι τῶνδε μακάριον. V. 721. Videt nunc Agamemnon Polydorum in tentorio iacentem, quum ipſe cum Hecuba ante σκηνὴν conſtitiſſet. *Preuoſtus* mauult, ἐπὶ σκηναῖς, iuxta tentorium: quod vix probabitur. Ad reliquos verſus confer dicta ad v. 675. Quod agnouerit Agamemnon ex veſtium habitu Polydorum, hoc ex veſtitus diuerſitate facile concipi poteſt. Barbari enim geſtabant peplos ampliores atque longiores: Graeci autem adſtrictiores ſub pallio, qui ſingulos artus exprimebant.

V. 724 - 730. Dum Agamemnon adcuratius conſiderat Polydorum, Hecuba, muto dolore correpta, dubia pendet animi, num regem celare debeat mala ſua, nec ne. Auerſa itaque ab imperatore facie lugens adſtat et κακὰ βυσσοδομεύουσα Polymeſtori, ita, vt meditationibus ſuis indulgens frequentes Agamemnonis compellationes non audiat. Δύϛην᾽, infelix Polydore! Haec cum rege ad mortuum inclinata effatur: ſed lachrymae obortae cohibent narrationem, quapropter in ſuum ipſius pectus deſcendit, ſe ipſam miſerrimam deprehendens. Ἐμαυτὴν γὰρ λέγω (ἐγὼ) Ἑκάβη, λέγουσά σε. Fidiculas textui adhibet *Preuoſtus*, qui δύϛην᾽ ad ſolam Hecubam trahit. V. 727. ſq. Agamemnon, qui admirabundus adſpexerat miſerabile corpus, totam rem nunc auide edoceri cupit, et non parum ſtupet, quum Hecubam auerſam et

furtiuos

Γονάτων ἀπώσαιτ᾽, ἄλγος ἂν προσθείμεθα
ΑΓΑΜ. Ου τοι πέφυκα μάντις, ὥςε μὴ κλύων,
Ἐξιςορῆσαι σῶν ὁδὸν βȣλευμάτων.
ΕΚ. Αρ᾽ ἐκλογίζομαί γε πρὸς τὸ δυσμενὲς
Μᾶλλον φρένας τȣ̃δ᾽, ὄντος ȣ̓χὶ δυσμενȣ̃ς;
ΑΓΑΜ. Ει τοι με βȣ́λει τȣ̃δε μηδὲν εἰδέναι,

Ἐς

V. 730. Quartus *Moſcou:* ἀπώσετ᾽, primus, προσθείμεθ᾽ ἄλγει, tertius, προθοίμεθ᾽ ἄν. Membranae *Brunckianae*, ἄλγος ἂν προσθείμεθ᾽ ἄν, quam lectionem in ἄλγος αὖ π. α. mutauit doctiſſimus editor, ἄν atque αὖ millies a librariis commutata fuiſſe, obſeruans. Cui tamen emendationi duae res inprimis obſtant, primum, quod ἂν ſaepius duplicatum legatur, *Helen.* v. 954. ſ. aliisque in locis, quae collegit *Steinbrychelius*, deinde, quod dolorum iteratio iam exprimatur v. προσθείμεθα, ita, vt loco alieno poſitum exſiſtat v. αὖ. His argumentis commoti in vulgata lectione acquieuimus.

V. 731. Quartus *Moſcou.* οὔτι.

V. 735. Tres priores *Moſcou.* εἴ τι.

furtiuos gemitus emittentem videret. Quapropter magis adhuc inſiſtit interrogationi: τίς ἐσθ᾽ ὅδε; nihil tamen fert reſponſi, quum ſemper adhuc haeſitet regia mater, num ſupplicare debeat Agamemnoni. Ἀλλ᾽ εἴ με δ. ἀπώσαιτ᾽, quodſi enim me, tanquam ſeruam, a genibus retunderet, ἄλγος ἂν προσθείμεθα, nouo dolore perculſa forem. Euidentiſſimum eſt repulſae ſignum, ſi ſurdae praebentur aures: ſummum autem manifeſtat contemtum, ſi ſupplex a genibus retunditur. Vide ad v. 342.

V. 731-741. Sine vlla indignatione, quam ſilentio ſuo meruiſſet Hecuba, pergit Argiuorum imperator, ſe non eſſe vatem, vt ex iis, quae non dicta ſunt, adſequi poſſet cogitationes ſuas. Indagare ὁδὸν βουλευμάτων, praeclare: ſcriptor tamen profaicus maluiſſet ἐξερευνῆσαι. V. 733. ſ. Ἀρ᾽ ἐκλογίζομαι π. τ. δ. pro πρὸς δυσμένειαν, ſed inimicum reputo, μᾶλλον iuſto magis,

φρένας

Ἐς ταυτὸν ἥκεις· καὶ γὰρ οὐδ᾽ ἐγὼ κλύειν.
ΕΚ. Οὐκ ἂν δυναίμην τοῦδε τιμωρεῖν ἄτερ
Τέκνοισι τοῖς ἐμοῖσι. τί στρέφω τάδε;
Τολμᾶν ἀνάγκη, κἂν τύχω, κἂν μὴ τύχω.
Ἀγάμεμνον, ἱκετεύω σε τῶνδε γουνάτων,
Καὶ σοῦ γενείου, δεξιᾶς τ᾽ εὐδαίμονος.
ΑΓΑΜ. Τί χρῆμα μαστεύουσα; μῶν ἐλεύθερον

Αἰῶνα

φρένας τ. ο. ο. ε. animum eius, qui nunquam mihi erat infeſtus. Mitem enim et beneuolum Hecuba ſemper experta erat Agamemnonem ob adfinitatem ex Caſſandra. V. 735. Quodſi omnia iſta me vis ignorare, ἐς ταὐτὸν ἥκεις, mecum conuenies, perinde mihi valet. Vid. de hac formula *Valckenar.* ad Hippol. v. 273. Καὶ γὰρ οὐδ᾽ ἐγὼ κλύειν ſc. βούλομαι, quod ex ſuperiori βούλει eliciendum et ab adfectu ſuppreſſum eſt. Indicat enim particula γὰρ indignationem, qua abrupte loquitur Agamemnon.

V. 737 - 741. Poſtquam multa in animo verſauerat regia captiua, quum vidiſſet caſſa eſſe omnia vindictae conſilia inanemque ſuam ſine viribus iram, decreuit omnia animi ſenſa manifeſtare Agamemnoni. Τιμωρεῖν τέκνοισι ἐμοῖσι, vindictam ſumere liberorum meorum nomine. Sanctiſſimum enim erat apud veteres pietatis officium, vt parentes infantum, liberique parentum mortem vlciſcerentur. Vid. *Oreſt.* v. 546. Τολμᾶν ἀνάγκη, pro ἀναγκαῖον: neceſſe eſt audere, ſiue adſequar id, quod volo, auxilium, nec ne. Ἱκετεύω σε τῶνδε γουνάτων: notanda hic eſt ellipſis praepoſitionis πρὸς, vt paſſim inuenitur ἱκετεύειν apud Euripidem: adpoſita contra praepoſitione ſaepius deeſt ἱκετεύω, vt in *Med.* v. 324. πρός σε γονάτων, vbi videndus eſt *Brunck.*

V. 742 - 745. Vt nullo modo deeſſet Hecubae, iam, priusquam rogauiſſet, adnuit precibus eius Agamemnon. Τί χ. μαστεύουσα ſc. εἶ. quid

quaeſo

Αἰῶνα θέσθαι; ῥάδιον γάρ ἐστί σοι.

ΕΚ. Ου δῆτα· τοὺς κακοὺς δὲ τιμωρουμένη,

Αἰῶνα τὸν ξύμπαντα δουλεῦσαι θέλω.

ΑΓΑΜ. Καὶ δὴ τίν' ἡμᾶς εἰς ἐπάρκεσιν καλεῖς;

ΕΚ. Ουδέν τι τούτων, ὧν σὺ δοξάζεις, ἄναξ.

Ὁρᾷς νεκρὸν τόνδ', οὗ καταστάζω δάκρυ;

ΑΓΑΜ. Ὁρῶ. τὸ μέντοι μέλλον οὐκ ἔχω μαθεῖν.

ΕΚ. Τοῦτόν ποτ' ἔτεκον, κἄφερον ζώνης ὑπό.

ΑΓΑΜ.

V. 744. Tert. *Moſcou.* γὰρ τιμωρουμένη.

quaeſo petis? Μαστεύειν, proprie de infantibus lactentibus, qui mammam nutricis inueſtigant, pulchre hic ſumitur pro ζητεῖν. Μῶν ἐλεύθερον αἰῶνα θέσθαι; num te vis in libertatem vindicare, liberam vitam degere. Αἰὼν, quod perpetuo durat, aeuum, hic de vitae humanae tempore. Τοὺς κακοὺς τιμωρουμένη, ſi de malis vindictam ſumere *poſſum.* Atque nunc ſequitur dialogus, quo ſinguli ſe excipiunt verſus, perturbato Hecubae animo egregie attemperati, quibus Agamemnon non parum adficitur, et ad atrox vindictae conſilium praeparatur.

V. 746 - 756. Καὶ δὴ καλεῖς; iam ergo ad quid opem noſtram imploras? Ουδέν τι τούτων, ὧν σὺ δοξάζεις: reſpicit ad libertatis donum a rege ſibi oblatum. V. 748. οὗ καταστάζω, propter quem lachrymis diffluo: elegantius videbatur, in quod cadauer ego lachrymas deſtillo: ſed imperatoris genua amplexa, nequiuit fletu madefacere filium. V. 749. Τὸ μέλλον, quid vero exinde fieri debeat et reliqua de hac re edicenda, οὐκ ἔχω μαθεῖν, non ſcio, quomodo diuinare, intelligere poſſim. V. 750. κἄφερον ζώνης ὑπό, portaui ſub cingulo (gallice: *enceinturée*, teutonice: *vnter dem Herzen tragen.*) ἔφερον ὑφ' ἥπατος, *Suppl.* 919. τήν σε ἐν γαστρὶ περιενέγκασαν μῆνας ἐννέα, 2. *Maccab.* VII. 28. V.

751.

ANAGNOSTIRIO

ΑΓΑΜ. Ἔστιν δέ τις σῶν οὗτος, ὦ τλῆμον, τέκνων;
ΕΚ. Οὐ τῶν θανόντων Πριαμιδῶν ὑπ' Ἰλίῳ.
ΑΓΑΜ. Ἢ γάρ τιν' ἄλλον ἔτεκες, ἢ κείνους, γύναι;
ΕΚ. Ἀνόνητά γ', ὡς ἔοικε, τόνδ', ὃν εἰσορᾷς.
ΑΓΑΜ. Ποῦ δ' ὢν ἐτύγχαν', ἡνίκ' ὤλλυτο πτόλις;
ΕΚ. Πατήρ νιν ἐξέπεμψεν, ὀῤῥωδῶν θανεῖν.
ΑΓΑΜ. Ποῖ, τῶν τότ' ὄντων χωρίσας τέκνων μόνον;

V. 752. Τῶν οὐ θανόντων, *Brunck*, vt concinnior euaderet oratio.

V. 753. ἢ γὰρ, Cod. *Moſc.* pr. pro ἤ.

751. Non interrogat imperator, num hic ſit vnus e filiis eius, id quod verſu antecedente iam adfirmauerat: ſed *quisnam* eorum eſſet, τίς σῶν τέκνων οὗτος ἐστιν; Vide ad v. 421. et *verſ.* p. 99. V. 752. Neque hoc vanum aut inane eſt reſponſum: facile enim vnus ex filiis occiſis in mare abiici et ad hoc littus aduolui poterat. V. 753. ἄλλον ἔτεκες, ἢ κείνους, num alius etiam filii, quam horum, *mater es?* Latiori ſenſu hic ſumendum eſt ἔτεκες, cum ſtrictiori poteſtate ſupplendum ſit in v. ſ. ἀνόνητα, nullum tamen ex hoc partu cepi oblectamentum. Sic Medea in aliam terram exſul vadens relinquit liberos, πρὶν σφῶν ὄνασθαι v. 1025. priusquam ex illis vllam caperet voluptatem. V. 756. ὀῤῥωδῶν θανεῖν, quia vitae ſuae metuebat. Ὀῤῥωδεῖν, timere, ex οὐρὰ et δέος conflatum putant, metaphora ab animantibus ducta, quae caudam inter femora recondunt eamque motitant. Cfr. *Ammonium* v. ἀῤῥωδεῖν.

V. 757-764. Ποῖ χωρίσας quonam eum, ab aliis liberis ſeparans, ablegaſti, vt ſaluus euaderet? V. 759. Πρὸς ἄνδρ', ὃς ἄρχει τῆσδε χθονός, Πολυμήστωρ ſc. ὄνομα αὐτοῦ: ſic hunc locum expediendum puto. Vide V. L. V. 760. πικροτάτου χρυσοῦ φύλαξ, vt acerbiſſimum cuſtodiret aurum, ſune-

ΕΚ. Εἰς τήνδε χώραν, ὅπερ εὑρέθη θανών.
ΑΓΑΜ. Πρὸς ἄνδρ', ὃς ἄρχει τῆσδε Πολυμήςωρ χθονός;
ΕΚ. Ἐνταῦθ' ἐπέμφθη πικροτάτου χρυσοῦ φύλαξ.
ΑΓΑΜ. Θνήσκει δὲ πρὸς τοῦ, καὶ τίνος πότμου τυχών;
ΕΚ. Τίνος γ' ὑπ' ἄλλου; Θρῄξ νιν ὤλεσε ξένος.
ΑΓΑΜ. Ὦ τλῆμον, ἦπου χρυσὸν ἠράσθη λαβεῖν;
ΕΚ. Τοιαῦτ', ἐπειδὴ ξυμφορὰν ἔγνω Φρυγῶν.
ΑΓΑΜ. Εὗρες δὲ ποῦ νιν, ἢ τίς ἤνεγκεν νεκρόν;
ΕΚ. Ἥδ', ἐντυχοῦσα ποντίας ἀκτῆς ἔπι.
ΑΓΑΜ. Τοῦτον ματεύουσ', ἢ πονοῦσ' ἄλλον πόνον;
ΕΚ.

V. 759. Πολυμήςορα iam habet Schol. cum *Aldina*, quam lectionem primus et tertius *Moſcouienſes* confirmant, quamque in textu repoſuiſſem, niſi obſtaret metrum.

V. 763. Lib. P. apud *Musgrauium* λαβών, quae frequentiſſima alias periphraſis, hic plane eſt aliena. *Steinbrychelius* malit omitti interrogationis ſignum, ita, vt Agamemnon perſpecto protinus Thracis conſilio, non ſine animi commotione dixerit: *nimirum auri cupiditate*. Sed multo elegantiorem ſenſum praebet vulgata orationis inciſio. Vid. not.

V. 767. μαςεύουσ' et μαςεύουσα tres priores *Moſcouienſes*, probabiliter ex v. 742. Nihil mutandum cenſeo, nam μαςεύειν et ματεύειν aequaliter frequentat Euripides.

funeſtiſſimi exitii ſui cauſam. V. 761. τίνος πότμου τυχών, a cuius manu trucidatus? Vide ad v. 689. V. 763. ἦπου χρυσὸν ἠράσθη λαβεῖν; num forſan tanta flagrauit auri potiundi cupiditate? In ἠράσθη vehementioris cupiditatis expreſſio eſt quaerenda. V. 764. τοιαῦτ' ſc. ἐςίν, vel ἐποίησεν: ſic ſane nobiſcum egit poſt excidium Troiae.

V. 765 - 773. Omnia circumſpicit acutus imperator, vt ex ipſa narratione coniicere poſſit, quid rei inſit veri. V. 766.

ΕΚ. Λȣτρ' ὤχετ' οἴσȣσ' ἐξ ἁλὸς Πολυξένῃ.
ΑΓΑΜ. Κτανὼν νιν, ὡς ἔοικεν, ἐκβάλλει ξένος.
ΕΚ. Θαλασσόπλαγκτόν γ'· ὧδε διατεμὼν χρόα.
ΑΓΑΜ. Ὦ σχετλία σὺ, τῶν ἀμετρήτων πόνων.
ΕΚ. Ὄλωλα, κȣδὲν λοιπὸν, Ἀγάμεμνον, κακῶν.
ΑΓΑΜ. Φεῦ, φεῦ· τίς ὅτω δυσυχὴς ἔφυ γυνή;
ΕΚ. Οὐκ ἔσιν, εἰ μὴ τὴν τύχην αὐτὴν λέγοις.

V. 766. ὅδε, in anum ſeruam digito monſtrans. V. 768. De more veterum, mortuos ante ſepulturam lauandi, vide ad v. 609. vbi adhuc adferendus erat locus inſignis in *Troad.* v. 1151. ſq. quo Aſtyanactem turribus deiectum Scamandri fluentis abluit Talthybius. V. 769. Haec facile diuinat Agamemnon: *videtur itaque, hoſpitem in mare abieciſſe puerum, poſtquam eum interfecerit.* Cui ſuſpicioni ſtatim ſubiungit Hecuba: *atque ſic dilacerauerit corpus, a fluctibus nunc iactatum.* Non opus itaque ellipſi: ὥστ εἶναι θαλασσόπλαγκτον. Secuerat autem forſan corpus pueri Polymeſtor, vt fidem faceret, Polydorum in mare lapſum a petris ſic vulneratum eſſe. V. 769. σχέτλιος, duplici ſignificatu, denotat hominem miſerum, ſet nullius pretii. Adſequitur vocis poteſtatem Gallorum: *malheureux.* V. 773. Τύχη vel bona eſt, vel mala: de poſteriore ſermonem eſſe, arguit δυσυχὴς γυνὴ verſ. antec. Vid. *Iphig.* A. v. 351. Senſus: nemo me eſt infelicior, ſi a Dea Τύχη (δυσυχίᾳ) diſceſſeris. *Terent.* Adelph. IV. 4. *ipſa ſi cupiat Salus ſeruare prorſus non poteſt hanc familiam.* Aliam infortunii deſcriptionem videſis in Troad. v. 616. ſ. vbi Hecuba queritur. οὔτε μέτρον, οὔτ' ἀριθμός ἐσι μοι Κακῶν· κακῶν γὰρ εἰς ἅμιλλαν ἔρχεται.

V. 774-782. Callide omnino ad Agamemnonem preces fundebat Hecuba: quum enim hoſpitis immerita caedes ſine maxima hoſpitalitatis violatione nullo modo perageretur, vltro ſequitur, regem Polymeſtoris faci-

Ἀλλ' ὧνπερ οὕνεκ' ἀμφὶ σὸν πίπτω γόνυ,
Ἄκουσον. εἰ μὲν ὅσιά σοι παθεῖν δοκῶ,
Στέργοιμ' ἄν· εἰ δὲ τοὔμπαλιν, σύ μοι γενοῦ
Τιμωρὸς ἀνδρὸς, ἀνοσιωτάτου ξένου,
Ὃς οὔτε τοὺς γῆς νέρθεν, οὔτε τοὺς ἄνω
Δείσας, δέδρακεν ἔργον ἀνοσιώτατον,
Κοινῆς τραπέζης πολλάκις τυχὼν ἐμοὶ,
Ξενίας τ', ἀριθμῷ τὰ πρῶτα τῶν ἐμῶν φίλων·

Τυχὼν

V. 782. Quatuor *Moſcou.* ἐμῶν ξένων, quod tamen antecedens ξενίας vix admittet. Ξενίας in Ξένιά τ' mutaturus erat *Musgraue*, vt τυγχάνειν conſtruatur cum accuſatiuo. Τὰ πρῶτα habent membranae *Brunckianae*, quam lectionem celeberr. editor non ſolum recepit, ſed etiam copioſe defendit ad *Oreſt.* v. 1251. Sed vtrumque textus ſanandi conatum iam optime retudit *Steinbrychel*, qui τὰ πρῶτα et πρῶτα eodem ſenſu ab optimis ſcriptoribus adhiberi multis locis adlatis docet. Πρῶτα aduerbialiter adhuc occurrit ſupra v. 357. *Suppl.* 572. *Iphig.* 51. Noſtrae ſcripturae metrum vix refragabitur, ſi animaduertamus, ια in ξενίας per ſynizeſin coaleſcere in vnam ſyllabam, vt ιω in ἀνοσιώτατον v. 780. Non ſolum omnia, quae aequa eſſent, ὅσων δεῖ, ſed ea potius, quaecunque expeteret, ὅσων δέοι, gratificari facinus ὅσιον iudicare non potuiſſe, niſi omne ius peruertere (v. 793.) et ſe ipſum pro ſceleſto declarare voluiſſet. V. 777. στέργω, grato animo aliquod accipio et pietate quadam amplector: εἰ δὲ τοὔμπαλιν, quodſi autem ſecus tibi videatur. V. 779. ſq. τοὺς γῆς νέρθεν, οὔτε τοὺς ἄνω δείσας, neque inferos, neque ſuperos metuens Deos. Hoſpitum defenſor atque Deus tutelaris eſt Iupiter: ſed eiusmodi ſcelera etiam apud inferos expiari nequeunt. V. 781. et ſq. ita expediendos puto: πολλάκις τυχὼν ἐμοὶ κοινῆς τραπέζης, ξενίας τ', πρῶτα (πρῶτος) τῶν ἐμῶν φίλων ἀριθμῷ: quamuis ſaepe mecum menſae communionem et hoſpitalitatem, omnium amicorum numero primus eſſet adeptus.

Τυχὼν δ' ὅσων δεῖ, καὶ λαβὼν προμηθίαν,
Εκτεινε, τύμβου δ', εἰ κτανεῖν ἐβούλετο,
Ουκ ἠξίωσεν, ἀλλ' ἀφῆκε πόντιον.
Ημεῖς μὲν οὖν δοῦλοί τε, κἀσθενεῖς ἴσως·
Αλλ' οἱ θεοὶ σθένουσι, χὠ κείνων κρατῶν
Νόμος. Νόμῳ γὰρ τοὺς θεοὺς ἡγούμεθα,

Καὶ

ri debuiſſe Priamum Polymeſtori, contendit *Musgraue*, nec aliter ſcripſiſſe putat Euripidem. Sed omnia ſana ſunt, ſi modo interpungatur ante v. ἀριθμῷ, quam inciſionem negligunt editiones: vid. not. Eiusdem pretii eſt coniectura προμισθίαν pro προμηθίαν.

V. 788. Cenſor *Musgrauii* in Bibl. Crit. Amſtelod. P. IV. pag. 35. totum locum ita immutat: νόμος γάρ τις θεῶν ἡγούμενος, καὶ ζῶσιν ἄδικα καὶ δίκαια ὡρισμένοι. Nemo non videt, quam vehemens ſit eiusmodi medicina.

V. 783-788. Τυχὼν δ', ὅσων δεῖ, poſtquam vero ea, quae oportebat, h. e. opes, quae filio tradi debebant, accepiſſet, καὶ λαβὼν προμηθίαν, ſuſcepta licet cura pueri educandi. Hunc veriſſimum loci ſenſum commendat v. 1057. *Alceſt.* ἐγὼ δέ σου προμηθίαν ἔχω. V. 784. εἰ κτανεῖν ἐβούλετο, pro ἐπεὶ, et quum interficere illum decreuiſſet, ne tumulo quidem dignatus eſt, ἀλλ' ἀφῆκε πόντιον, ſed abiecit marinum, εἰς πόντον. Pulcherrimus eſt tranſitus a ſua imbecillitate ad implorationem Neceſſitatis, quae vlciſci debeat ſcelera malorum. V. 786. κἀσθενεῖς ἴσως *ſimulque* imbecilles. Ισως pro ἐπίσης, aequaliter: ἴσως prorſus, *Ran.* v. 1496. V. 787. χὠ κείνων κρατῶν Νόμος, Diisque adhuc potentior eſt Neceſſitatis lex: fatorum enim legi ipſos Deos ſubiectos credidit vetuſtas. Totus locus, ex Anaxagorae praeceptis, vt videtur, decerptus, paulo ſubtilior eſt et contextui non plane idoneus. Quae cum ſenſiſſet poeta, totam doctrinam, vel verbo tactam, in fine v. 788. relinquit, hanc particulam tantum ſuae ſententiae adplicaturus.

Καὶ ζῶμεν ἄδικα καὶ δίκαι' ὡρισμένοι.
Ος εἰς σ' ἀνελθὼν, εἰ διαφθαρήσεται,
Καὶ μὴ δίκην δώσουσιν, οἵτινες ξένους
Κτείνουσιν, ἢ θεῶν ἱερὰ τολμῶσιν φέρειν,
Ουκ ἔϛιν οὐδὲν τῶν ἐν ἀνθρώποις ἴσον.
Ταῦτ' οὖν ἐν αἰσχρῷ θέμενος, αἰδέσθητί με.
Οικτειρον ἡμᾶς, ὡς γραφεὺς τ' ἀποϛαθεὶς

Ἰδοὺ

V. 795. Hic verſus tam ineptus et abſurdus viſus eſt Critico Amſtelodamenſi, vt illum ocyus eiiciendum iuberet. „Quid enim ad intelligenda Hecubae mala, oculis opus erat exercitatis pictorum, et quidem interuallo et diſtantia? Nemo vnus ex multis, ne dum Euripides, ita ineptiat.„ Seuerum ſane eumque ſuperbum iudicem, cui ſenſus ad hunc locum omnino erat antea emolliendus! Quis enim ferre poſſit emendationem ſuam: οἴκτειρε θ' ἡμᾶς, ὡς τροφεὺς ἐπιϛαθεὶς, *miſerearis mei, vt conſtitutus a Diis mei nutritor?*

V. 788 - 793. Νόμῳ — ὡρισμένοι. Lex enim neceſſitatis, Deos adeſſe, iuſti iniuſtique diſcrimen nos docet. Sententia grauiſſimi ſane momenti: Νόμος eſt prima vis atque notio ſummi numinis, cui omnia ſunt ſubiecta, et qui bonum malumque iuſtis limitibus diſterminat. Quum vero illud diligat et hoc auerſetur, praemia diſtribuit et vindictam exercet per Deos Deasque, et in terra per proceres ac magnates. V. 789. ſq. Quodſi itaque lex εἰς σ' ἀνελθὼν, quae ad te, peruenit, et a te ſuſtinetur, διαφθαρήσεται, corrumpetur et negligetur, ita, vt hoſpitum interfectores, et qui Deorum iura peruertunt, θεῶν ἱερὰ τ. φέρειν, non poenam dent, omnis aequitas inter homines tolleretur. Sedet enim Vindicta prope Iouem, vt ex *Oedipo* Col. diſcimus, v. 1381. ſq. εἴπερ ἐϛὶν ἡ παλαίφατος Δίκη ξύνεδρος Ζηνὸς ἀρχαίοις νόμοις.

V. 794 - 800. Αἰδέσθητί με, iube ratas eſſe preces meas. Sequens verſus ex arte γραφικῇ adumbratus eſt, cui cum feliciſſimo ſucceſſu operam olim dederat Euripides, quippe cuius

egre-

Ἰδοῦ με, κἀνάθρησον οἷ᾽ ἔχω κακά.
Τύραννος ἦν ποτ᾽· ἀλλὰ νῦν δούλη σέθεν·
Εὔπαις ποτ᾽ οὖσα, νῦν δὲ γραῦς, ἄπαις θ᾽ ἅμα,
Ἄπολις, ἔρημος, ἀθλιωτάτη βροτῶν.
Οἴμοι τάλαινα, ποῖ μ᾽ ὑπεξάγεις πόδα;
Ἔοικα πράξειν οὐδέν· ὦ τάλαιν᾽ ἐγώ.
Τί δῆτα θνητοὶ τἄλλα μὲν μαθήματα
Μοχθοῦμεν ὡς χρὴ πάντα, καὶ μαστεύομεν,
Πειθὼ

V. 800. ποῖ μετεξάγεις πόδα, *Musgraue* ex coniectura. Sed vid. not.

803. Num forſan legendum ὧν χρὴ, *quibus opus eſt?*

egregiae picturae longe poſt mortem eius Megaris oſtendebantur, ſi *Thomae* M. fides eſt in vita ſua. Ὡς γραφεὺς τ᾽ ἀποσταθεὶς: eſt in more poſitum pictoribus, vt συμμετρον διάστημα iuſtamque diſtantiam quaerant, picturamque ſuam eminus ſtantes ſubinde intueantur, vt vim colorum bene ſentiant et exprimant, id quod praecipue fit in hominum faciebus delineandis. Vid. *Thomas* v. γραφεὺς. Senſus eſt: perpendas malorum onus, quibus opprimor. V. 800. ſq. Repulſa dabatur auerſa facie et occultata manu ſub veſte, vide ſupra v. 342. vel ſubducto pede. Hoc etiam ab Agamemnone fieri videt Hecuba, quem preces eius hucusque nondum flectebant. Ποῖ μ᾽ ὑπεξάγεις πόδα; quonam a me retrahis pedem? Μ᾽ pro μοι eſt datiuus incommodi: ὑπεξάγω lentam et clandeſtinam pedis ſubductionem deſignat.

V. 802 - 807. Laudes eloquentiae forſan iterum loco alieno. Senſus: quare in reliquas artes et diſciplinas, vt quidem oportet, tanto ardore incumbimus, eloquentiam vero, inter homines reginam, non potius data pecunia penitus addiſcere ſtudemus, vt cuilibet perſuadere ſimulque ea adipiſci queamus, quae velimus? Recte autem τὴν Πειθὼ adpel-

Πειθὼ δὲ, τὴν τύραννον ἀνθρώποις μόνην,
Οὐδέν τι μᾶλλον ἐς τέλος σπουδάζομεν,
Μισθοὺς διδόντες μανθάνειν, ἵν' ᾖ ποτε
Πείθειν ἅ τις βούλοιτο, τυγχάνειν θ' ἅμα;
Πῶς οὖν ἔτ' ἄν τις ἐλπίσαι πράξειν καλῶς;
Οἱ μὲν τοσοῦτοι παῖδες οὐκέτ' εἰσί μοι·
Αὐτὴ δ' ἐπ' αἰσχροῖς αἰχμάλωτος οἴχομαι·
Καπνὸν δὲ πόλεως τόνδ' ὑπερθρώσκονθ' ὁρῶ.
Καὶ μὴν ἴσως μὲν τοῦ λόγου κενὸν τόδε,

Κύπριν

V. 810. ἐπ' *αἰσχροῖς* ad furtiuae Veneris turpitudinem pertinere, ſtatuit *Musgraue*, quod alienum iudicat ab Hecuba, quam iam ipſa aetas ab hoc turpitudinis genere vindicaſſet. Coniicit itaque ἐπ' αἰσχεσ', in *contumelias*. Sed certe nihil mutandum eſt. Vid. not.

adpellat τύραννον: vt enim tyrannus ſibi olim fortitudine et prudentia regnum parabat, ſubditosque moderabatur, ita ſecum rapit et in ſuam ſententiam trahit homines eloquentia. *Cicero* ad Quint. Fr. L. I. *Nihil praeſtabilius eſt, quam poſſe dicendo tenere hominum coetus, mentes allicere, voluntates impellere, et, quo velit, deducere.*

V. 808-813. Πῶς οὖν ἔτ' ἄν τις ἐλπίσαι, quae cum ita ſint, quis adhuc ſperare poſſit, πράξειν καλῶς ſc. ἐμέ; Aberrat a vero ſenſu *Prevoſtus.* Recipit ſe nimirum Hecuba, et quum vidiſſet, Agamemnonem precibus ſuis emolliri non poſſe, oſtendit, Ilio deuaſtato, liberis ereptis, ſe ipſa ſub iugum miſſa, omnem ſpem priſtinae felicitatis recuperandae eſſe inanem: quapropter vltimum remedium tentat, Venerem praetendens ſupplicationibus ſuis. Ἐπ' αἰσχροῖς αἰχμάλωτος οἴχομαι, captiua, contumelioſa ſubire cogor officia, vt σιτοποιεῖν, σαίρειν τὸ δῶμα, vid. v. 362. V. 811. καπνὸν ὑπερθρώσκονθ' ὁρῶ, praeclare: fumum Troiae video exſilientem, vndantem, eglomerantem. De veritate

huius

Κύπριν προβάλλειν· ἀλλ' ὅμως εἰρήσεται.
Πρὸς σοῖσι πλευροῖς παῖς ἐμὴ κοιμίζεται,
Ἡ Φοιβὰς, ἣν καλοῦσι Κασάνδραν Φρύγες.
Ποῦ τὰς φίλας δῆτ' εὐφρόνας δείξεις, ἄναξ,
Ἢ τῶν ἐν εὐνῇ φιλτάτων ἀσπασμάτων
Χάριν τιν' ἕξει παῖς ἐμὴ, κείνης δὲ σύ;

V. 814. Edd. vulg. σῇσι πλευρῇς: ſed noſtra lectio iam ſubolue-rat *Valckenario*, qui eam poſtea inuenit in antiquiſſimo cod. Leid. atque ſic etiam *Brunck* ex cod. reg. reddidit. Tres *Moſcouienſes* confirmant hanc ſcripturam: primus autem praefert ſecundam lectionem πλευραῖς.

V. 816. Pro δῆτ', δὴ σ' h. e. σοι ſc. εἶναι vel οὔσας, malit *Steinbrychel.*

V. 818. κείνου, membranae apud *Brunckium*, qui receptam ſcripturam ab omnibus codicibus confirmatam ſatis violenter refinxit in κείνης δὲ σύ; membranarum lectionem longe abſurdiſſimam eſſe adfirmans. Sed optimum ſane ſenſum fundit. Vid. not.

huius dicti fere dubitem: vix enim mihi perſuadeo, Ilii fumum in altum adſcendentem ex Thraciae littoribus potuiſſe conſpici.

V. 814-820. Πρὸς σοῖσι πλευροῖς παῖς ἐμὴ κοιμίζεται, pulchre dictum de pellice: adſumſiſti in tori ſocietatem filiam meam, vatem: ἣν καλοῦσι Κασάνδραν, forſan ob formae praeſtantiam, quaſi aliquando ornatura eſſet virum. V. 816. εὐφρόνη, iucunda noctis tranquillitas, meditationibus in primis amica: εὐφρόνας hic pulchre adpellat nocturnas conſuetudines. V. 817. ſq. Aut quamnam pro dulciſſimis iſtis amplexibus gratiam obtinebit filia, κείνης δ' ἐγώ, et ego per eam? Χάριν ἔχειν, gratiam obtinere ob collata in aliquem beneficia, eſt formula notiſſima, cui oppoſitum eſt χάριν διδόναι, beneficium rependere. Vid. *Oreſt.* v. 244. *Agamemn.* v. 1067. et *Thomam M.* v. χάρις.

Ἐκ τȣ̃ σκότȣς γὰρ, τῶν τε νυκτέρων πανὺ
Φίλτρων, μεγίςη γίγνεται βροτοῖς χάρις.

Ἀκȣς

V. 819. ſq. Verſus intricatiſſimi et tam ob lectionis in codicibus diuerſitatem, quam multas VV. DD. emendationes et deprauationes vix expediendi. Demonſtrare tamen conabimur, nos in textu excudendo non temere proceſſiſſe. *Aldina*, *Baſileenſes* et *Stephaniana* edd totum locum ſic praeferunt: ἐκ τοῦ σκότους γὰρ, νυκτέρων τ' ἀσπασμάτων, Φίλτρων ὁμοῦ τε, τοῖς βρ. πολλὴ χάρις. Offendit ὁμοῦ τε, *Reiskium*, *Tyrwhittum* et *Steinbrychelium*, qui id in vocem Homericam, ὁμεῦται, immutandum iudicauerunt. Proſtremus inſuper pro σκότους lecturus erat πόθου. Vehementiorem pro more medicinam loco noſtro adplicuit *Brunckius*, qui ex ingenio correxit membranas hac mutatione atque transpoſitione: ἐκ τοῦ σκότους γ. τῶν τε ν. βροτοῖς Φ. μεγίςη γίγνεται πάντως χάρις. Nemo non videt, mediocri etiam acumine praeditus, librarios et interpretes vel manifeſtas gloſſas in textum intuliſſe, vt ἀσπασμάτων ex v. 817. vel ſtylo et falce in textum graſſatos eſſe. Quae quidem res me in eam adduxit ſuſpicionem, quam etiam a *Steinbrychelio* prolatam video, poetam forte huius et aliarum quarundam fabularum alteram editionem hinc inde correctam iam olim publicauiſſe, ita, vt ſcioli et librarii ſequioris aeui optimam occaſionem vtramque recenſionem contaminandi et interpolandi nacti fuiſſent. In *Ariſtophanis* Nubibus idem factum eſſe, quis neſciat? Probabiliorem ceterum lectionem, quam noſtra repraeſentat editio, iam *Musgrauius* dederat poſt *Kingium* ex MS. reg. Soc. Eandem *Brunckianae* membranae quatuorque *Moſcouienſes* confirmant. Accedit Scholiaſtae auctoritas, qui hos verſus iisdem verbis praefert ſoluto tantum con-

V. 819. ſq. Sequitur ſententia et locus communis, quos ſemper venatur Euripides. Ex tenebris nocturnisque praecipue, πανὺ, illecebris, multam gratiam percipiunt mortales. In re amatoria latiſſime patet ſignificatus v. φίλτρον: non enim ſolum denotat pharmaca θελκτήρια, ſed quamlibet voluptatem ex amore captam, vsque adeo, vt et de partu vſurpetur. *Iphig.* A. v. 917. δεινὸν τὸ τίκτειν, καὶ φέρει φίλτρον μέγα.

Ακουε δὴ νῦν. τὸν θανόντα τόνδ' ὁρᾷς.
Τοῦτον καλῶς δρῶν, ὄντα κηδεστὴν σέθεν
Δράσεις. ἑνός μοι μῦθος ἐνδεὴς ἔτι.
Εἴ μοι γένοιτο φθόγγος ἐν βραχίοσι,
Καὶ χερσὶ, καὶ κόμαισι, καὶ ποδῶν βάσει,
Η Δαιδάλου τέχναισιν, ἢ θεῶν τινος,
Ως πάνθ' ὁμαρτῇ σῶν ἔχοιτο γουνάτων,

conſtructionis ordine. Nec reſpuit palatum noſtrum πάνυ v. 819. quod *Brunckium* tantopere offenderat: ſed vid. not.

V. 821. Cod. *Moſc.* ſec. τοίνυν.

V. 825. Vel κνήμαισι, vel κόραισι legendum putat *Musgrave*, cui poſteriori ſuſpicioni etiam ſubſcripſit auctor recenſus in Bibl. Crit. tanquam venuſtiori lectioni. Conſentiunt tamen codices in v. κόμαισι et *Etymol.* M. v. αἰ.

V. 821 - 828. Quem filiae ſuae amplexibus delinitum putat Hecuba, eum nunc adfinitatis vinculis ſibi obſtringere tentat. V. 822. Quodſi hunc beneficio adfeceris, cognato tuo gratiam rependes: fuerat enim Polydorus Agamemnonis γυναικάδελφος. Abrumpit nunc orationis filum per momenta quaedam tacens imperatorisque auxilium exſpectans, qui tamen plane nihil ediſſerebat. Supplex itaque, denuo redintegratis viribus, ad preces confugiebat regina. Ἑνός μοι μῦθος ἐνδεὴς ἔτι; quum ex ore tantum profecta oratio parum valeat, reliqua etiam membra lingua indigent, vt perſuadere poſſim Agamemnoni. V. 824. ſq. Vtinam Daedali, vel Dei cuiusdam ope brachia, pedum articuli, ſingulique capitis capilli vocem obtinerent ad te commouendum. De Daedalo ἀγαλματοποιῷ, qui in ſtatuis ſuis ſingulos artus feliciſſime exprimebat, vt viuere viderentur, nota res eſt. Ad δεινότητα loci penitus capiendam, omnino eſt cogitanda ſenectus Hecubae moerore confectae, capitis canities, manuum

Κλαίοντ᾽, ἐπισκήπτοντα παντοίους λόγους.
Ὦ δέσποτ᾽, ὦ μέγιστον Ἕλλησιν φάος,
Πιθοῦ, παράσχε χεῖρα τῇ πρεσβύτιδι
Τιμωρὸν, εἰ καὶ μηδέν ἐστιν, ἀλλ᾽ ὅμως.
Ἐσθλοῦ γὰρ ἀνδρὸς, τῇ δίκῃ θ᾽ ὑπηρετεῖν,
Καὶ τοὺς κακοὺς δρᾷν πανταχοῦ κακῶς ἀεί.
ΧΟΡ. Δεινόν γε θνητοῖς, ὡς ἅπαντα συμπίτνει

Καὶ

V. 830. Πάρασχε pro mera barbarie declarat *Brunckius*, qui reſtituit vſitatiorem formam παράσχες, *Troad.* v. 82. obuiam. Quum autem noſtram lectionem non ſolum omnes codices confirment, ſed etiam hanc formam *Herodianus* p. 450. cum *Etymologo* v. σχὲς agnoſcant, nolui à membranarum ſcriptura diſcedere, cui infuper ob euitatum concurſum conſonantium ς et χ fauebunt aures. Plura, quae ſtabiliunt v. πάρασχε, vide apud *Steinbrychelium* p. 298.

nuum debilitas, tremulusque inceſſus, quae omnia in ſcena imitari debebat actor idoneus.

V. 829 - 833. Vltimae vires, quibus Agamemnonem pertinaciter reſiſtentem adoritur eumque demum flectit. V. 831. εἰ καὶ μηδὲν ἐστιν, ſi etiam tam imbecilla eſt haec anus, vt auxilio tuo vix digna videatur, ἀλλ᾽ ὅμως, nihilominus tamen porrige ei manum tuam victricem. Aptiſſima ſententia nunc claudit orationem Hecubae: viri boni eſt atque generoſi, iuſtitiam adminiſtrare malosque quocunque in loco debitis adficere poenis.

V. 834 - 837. Quae ſupra v. 788. de Νόμῳ dixerat poeta, ea hic perſequitur, ad Stoicorum ſententiam reſpiciens, qui omnia fato fieri et hominibus praeter ſpem et conſilium accidere contendebant. Locum ipſum ita reddendum putem: mirum eſt, vt omnia *praeter ſpem* accidunt mortalibus, et vt neceſſarios euentus ordinauerunt leges fatales. Agamemnon antea inimicus, ſubito factus eſt Hecubae deuinctiſ-

Καὶ τὰς ἀνάγκας οἱ νόμοι διώρισαν,
Φίλους τιθέντες τούς γε πολεμιωτάτους,
Ἐχθρούς τε, τοὺς πρὶν εὐμενεῖς, ποιούμενοι.
ΑΓΑΜ. Ἐγώ σε, καὶ σὸν παῖδα, καὶ τύχας σέθεν,
Ἑκάβη, δι' οἴκτου, χεῖρά θ' ἱκεσίαν, ἔχω,
Καὶ βούλομαι θεῶν θ' οὕνεκ', ἀνόσιον ξένον,
Καὶ τοῦ δικαίου, τήνδε σοι δοῦναι δίκην,
Εἴ πως φανείη γ', ὥστε σοί τ' ἔχειν καλῶς,
Στρατῷ τε μὴ δόξαιμι Κασάνδρας χάριν
Θρῄκης ἄνακτι τόνδε βουλεῦσαι φόνον.

Ἔστιν

V. 835. Fluctuant Critici in interpretandis et conſtituendis verſibus hiſce: codices tamen vnaniniter conſentiunt in lectionem vulgatam. *Musgraue* pro οἱ νόμοι habet οἱ χρόνοι, et ἀνάγκη explicat, *neceſſitudo* inter amicos, ita vt ſenſus ſit: *et temporum viciſſitudines amicitias definiunt.* Sic etiam *Brunck:* ſed nihil mutandum eſſe, docebit nota, ſi modo deleatur punctum poſt συμπιτνεῖ, quod editiones hucusque obſedit.

V. 842. Sic poſt *Musgrauium* edidit *Brunck* ex cod. reg. adſtipulante tertio *Moſcou.* Vulgata lectio eſt φανείην et ὡς τί σοι κ. ε.

V. 843. Elegans eſt *Steinbrychelii* coniectura, δόξαι με.

uinctiſſimus: Polymeſtor autem amiciſſimus olim conuerſus eſt in hoſtem infenſiſſimum.

V. 838 - 844. Iunge: ἐγὼ σὲ, Ἑκάβη, καὶ σὸν παῖδα, καὶ τύχας σέθεν, χεῖρα θ' ἱκεσίαν, δι' οἴκτου ἔχω. Sequentia facile expedies hoc modo: atque volo, impientiſſimum hoſpitem Deorum iuſtitiaeque cauſa tibi poenam dare (τήνδε pro τὴν δίκην,) ſi modo credatur, vindictam eſſe ſumtam, vt tibi ſatisfiat, ego autem apud exercitum non in ſuſpicionem incidam, me Caſſandrae gratificaturam, Polymeſtori caedem machinaturum eſſe.

Ἔστιν γάρ, ᾗ ταραγμὸς ἐμπέπτωκέ μοι.
Τὸν ἄνδρα τοῦτον φίλον ἡγεῖται στρατός,
Τὸν κατθανόντα δ', ἐχθρόν· εἰ δὲ σοὶ φίλος
Ὅδ', ἔστι χωρὶς τοῦτο, κοὐ κοινὸν στρατῷ.
Πρὸς ταῦτα φρόντιζ', ὡς θέλοντα μέν μ' ἔχεις
Σοὶ ξυμπονῆσαι, καὶ ταχὺν προσαρκέσαι,
Βραδὺν δ', Ἀχαιοῖς εἰ διαβληθήσομαι.
ΕΚ. Φεῦ, οὐκ ἔστι θνητῶν, ὅστις ἔστ' ἐλεύθερος.
Η χρημάτων γὰρ δοῦλός ἐστιν, ἢ τύχης,

Η

V. 846. φίλιον *Musgrauius* ex libro MS. et poſt eum *Brunck* metri cauſa.

V. 845 - 851. Ingenium Agamemnonis minus firmum animumque hinc inde vacillantem ſi quis vituperet, ille perpendat, regem hic loqui, cui ſeruam turbae infenſam adiuuanti, et exercitus amicum perſequenti, perfidiae maxima inuidia erat ſubeunda. Vid. ad v. 886. Ἔστιν γάρ, ᾗ pro καθ' ὃ, qua ex parte, ταραγμὸς ἐμπέπτωκέ μ. ſed vna adhuc ſupereſt res, quae ſcrupulum iniicit animo: atque iſta turbatio omnino cunctatiorem efficere debebat regem ad rem agendam. Polymeſtor enim caede Polydori aliisque rebus Achaeorum gratiam anxie aucupatus erat: accidit, quod *Dictys* (L. II. de B. T.) de eo tradit, eum aurum et alia huiusmodi dona adfatim ad conciliandos hoſtium animos praebuiſſe, cum Aiax Telamonius Cherſoneſum infeſtaret. V. 847. ſq. Neſcit exercitus ſanguinis vinculum, quod inter te intercedit et filium. V. 849. ſq. πρὸς ταῦτα φρόντιζ' propterea expende, me promtum tibi adfuturum eſſe ad auxiliandum, tardum vero, Ἀχαιοῖς εἰ διαβληθήσομαι, ſi Achaeorum criminationem ſubeundam video.

V. 852 - 855. En nouam occaſionem ſententiae adferendae, qua modeſtiſſime inuehitur in Agamemnonem, duplexque

Η πλῆθος αὐτὸν πόλεος, ἢ νόμων γραφαὶ
Εἴργȣσι χρῆσθαι μὴ κατὰ γνώμην τρόποις.
Επεὶ δὲ ταρβεῖς, τῷ τ' ὄχλῳ πλέον νέμεις,
Εγώ σε θήσω τȣ͂δ' ἐλεύθερον φόβȣ.
Ξύνισθι μὲν γὰρ, ἤν τι βȣλεύσω κακὸν
Τῷ τόνδ' ἀποκτείναντι· συνδράσῃς δὲ μή.
Ην δ' ἐξ Αχαιῶν θόρυβος, ἢ 'πικȣρία,
Πάσχοντος ἀνδρὸς Θρῃκὸς οἷα πείσεται,'
Φανῇ τις, εἶργε, μὴ δοκῶν ἐμὴν χάριν.
Τὰ δ' ἄλλα θάρσει· πάντ' ἐγὼ θήσω καλῶς.

ΑΓΑΜ. Πῶς ȣ͂ν; τί δράσεις; πότερα φάσγανον χερὶ
Λαβȣ͂σα

V. 858. Minus apte interpungitur in edd. poſt *μὲν γὰρ*, vbi commate tantum incidendum erat.

V. 863. *Reiske* ponit comma poſt *ἄλλα.*

que ſugillat vitae genus: politicum, quod dignitatum praeſtantiam auramque popularem captet: molle et effeminatum, quod opibus et pecuniae ſtudet, vt habeat, quo indulgere poſſit genio. V. 854. ſq. *ἢ νόμων γραφαὶ εἴργουσι, χρῆσθαι μὴ κατὰ γνώμην τρόποις*, aut ſcriptae eum prohibent leges, quo minus pro arbitrio vtatur intelligentia ſua.

V. 856 - 863. Exponitur nunc conſilium Polymeſtoris, idque verbis acrioribus, quibus non raro pungitur imperator cunctans. *Επεὶ τῷ τ' ὄχλῳ πλέον νέμεις*, quia iuſto plus tribuis gratiae multitudinis, ego te liberabo a metu, populi offenſam ſuſcipiendi. V. 860. ſq. *ἢν δὲ, ἀνδρὸς Θρῃκὸς πάσχοντος (τοιαῦτα), οἷα πείσεται, ἐξ Αχαιῶν θόρυβος, ἢ επικουρία τις φανῇ, εἶργε*, hoc auxilium reprime, *μὴ δοκῶν ἐμὴν χάριν*, diſſimulans, id mei gratia fieri. *Τὰ δ' ἄλλα, θάρσει, πάντ' ἐγὼ θήσω* h. e. *ποιήσω*, *καλῶς*.

V. 864 - 871. Quum diſſideret

ANAGNOSTIRIO

Λαβοῦσα γραίᾳ, φῶτα βάρβαρον κτενεῖς,
Ἠ φαρμάκοισιν, ἢ ’πικουρίᾳ τίνι;
Τίς σοι ξυνέςαι χείρ; πόθεν κτήσῃ φίλους;
ΕΚ. Στέγαι κεκεύθασ’ αἵδε Τρῳάδων ὄχλον.
ΑΓΑΜ. Τὰς αἰχμαλώτους εἶπας, Ἑλλήνων ἄγραν;
ΕΚ. Ξὺν ταῖσδε τὸν ἐμὸν φονέα τιμωρήσομαι.
ΑΓΑΜ. Καὶ πῶς γυναιξὶν ἀρσένων ἔςαι κράτος;
ΕΚ. Δεινὸν τὸ πλῆθος, ξὺν δόλῳ τε δύσμαχον.
ΑΓΑΜ. Δεινόν· τὸ μέντοι θῆλυ μέμφομαι γένος.
ΕΚ. Τί δ’; οὐ γυναῖκες εἷλον Αἰγύπτου τέκνα,

Καὶ

deret Agamemnon, tantam aſtutiam et calliditatem ineſſe Hecubae, vt inſidiis circumueniret Thracem, inane ſibi videri vindictae conſilium confitetur, cum nec ipſa imbecilla manu eum gladio confodere, nec veneno interimere, nec milites ſibi conciliare poſſet, qui eum loco mouerent. Τίς χεὶρ ξυνέςαι σοι; ne vnicam quidem manum inuenies, quae te adiuuet in trucidando Polymeſtore: πόθεν κτήσῃ φίλους; nec comparare tibi potes amicos, cum deſint tibi ſtipendia et munera. V. 868. Sublata manu oſtendit vicinum Troadum tentorium, cui ſuſpenſa voce ſpem ſuam ineſſe teſtatur. V. 870. τὸν ἐμὸν φονέα, filii carnificem, quem eodem odio perſequitur, quo ſui caedem abominandam et animaduertendam cenſuiſſet. V. 871. κράτος ἀρσένων, quomodo Troianae mulieres tantum robur ſibi comparare poterint, vt Polymeſtorem eumque armatum adgredi audeant?

V. 872 - 875. Δεινὸν τὸ πλῆθος, multitudo iam per ſe eſt valida; ξὺν δόλῳ τε δύσμαχον, quodſi autem inſidiae adhuc acceſſerint, tunc plane expugnari nequit. V. 873. τὸ θῆλυ μέμφομαι γένος, negligo, incuſo, deſidero quid in genere ſequiori. Senſus: ſi etiam quid valet, virorum tamen

Καὶ Λῆμνον ἄρσην ἀρσένων ἐξώκισαν;
Ἀλλ' ὡς γενέσθαι. τόνδε μὲν μέθες λόγον·
Πέμψον δ' ἐμοὶ τήνδ' ἀσφαλῶς διὰ στρατοῦ
Γυναῖκα. καὶ σὺ Θρῃκὶ πλασθεῖσα ξένῳ,

V. 876. τόνδ' ἐμοὶ μ. λ. vulgatae omnes. Noſtram lectionem, quam ex tribus Leidenſibus iam pridem reſtituerat *Valcken.* ad Phoen. p. 190. confirmant membranae *Brunckii* quatuorque *Moſcouienſes.* Alia inſuper dirimenda eſt liticula in huius verſus lectione, num γενέσθαι vel γενέσθω ſcribendum ſit. Prius habent codices: poſterius in textum recepit *Brunck*, qui illud γενέσθαι abſonum vocat, ſuaeque ſcripturae hanc adiicit interpretationem: *ſed ſic fiat; ſic res tranſigatur.* Noſtrae lectionis, quam iam *Steinbrychel* vindicauit, explicationem vid. in not.
V. 878. πλαθεῖσα *Brunck* ex ingenio, a πλάω pro πελάω, quod primum omnino producit. Quum autem codices nihil mutent, et tamen robur nunquam adſequitur. V. 874. ſq. De quinquaginta Danai filiabus, ſponſos ſuos, Aegypti filios, vna nocte interimentibus, praeter Hypermneſtram Lyncea ſuum ſeruantem, nota res eſt. In Lemno negligebantur aliquando ſacra quotannia Veneris, contemtu Deae, a mulieribus. Hoc crimen vlta eſt Cypria tanta graueolentia, vt mariti omnes vxorum ſuarum amplexus ſubterfugiſſent. Quam abſtinentiam faſtum exſiſtimantes feminae, vniuerſos necauerunt. Vid. Scholiaſt.

V. 876-885. Ἀλλ' ὡς γενέσθαι, h. e. πῶς χρὴ γενέσθαι, quomodo autem hoc fieri debeat, hoc plane curare noli. Infinitiuum hoc ſenſu pro Imperatiuo aut Optatiuo ab Atticis frequentari, ita, vt ſeruiat molliendo imperio, vel precibus aut ſuaſione verecunde aliquid eblandiat, docebunt *Iliad.* I. v. 582. et VI. 92. ſq. Πέμψον γυναῖκα, dato praeſidio deduci iube per exercitum: mulier enim et in primis captiua nullo modo illaeſa per tantum exercitum peruenire poterat ſola. V. 878. Apoſtrophe

Λέξον· Καλεῖ σ᾽ ἄνασσα δή ποτ᾽ Ἰλίȣ
Ἑκάβη, σὸν ȣ̓κ ἔλασσον ἢ κείνης χρέος,
Καὶ παῖδας, ὡς δεῖ καὶ τέκν᾽ εἰδέναι λόγȣς
Τȣ̀ς ἐξ ἐκείνης. τὸν δὲ τῆς νεοσφαγȣ̃ς
Πολυξένης ἐπίσχες, Ἀγάμεμνον, τάφον,
Ὡς τώδ᾽ ἀδελφὼ πλησίον μιᾷ φλογὶ,

Διϲϲὴ

et πλαθεῖσα a πλάω ſemel tantum occurrat in *Rheſ.* v. 911. dum πλάθω pro πελάθω ſeu πελάζω ab Euripide frequentatur, nolui ab vſitatiore propterea que bic meliore lectione diſcedere.

V. 879. ἄνασσαν tert. *Moſcou.*

ſtrophe ad ſeruam, quam ad Polymeſtorem vna cum ſubole accerſendum ablegat. V. 880. σὸν οὐκ ἔλασσον, ἢ κείνης χρέος, tu non minorem vtilitatem ex aduentu tuo capies, quam illa. Vano hoc ſpei ludibrio omnino demulcere et pellicere regem tam ſordidum oportebat Hecubam, quia ad ſubſidium ferendum hoſpes lucro inhians nunquam alias aduocari potuiſſet. V. 882. Aptiſſime hac ratione cum prioribus connectitur tertia pars dramatis, quae tamen cum ſecunda ita cohaeret, vt vnam cum ea efficiat. Recurrit autem poeta ad Polyxenae ſepulturam, ne principem fabulae partem penitus ex oculis praetermiſiſſe videatur: hanc feliciſſimo vinculo cum ſecunda et tertia maritat. Videmus enim miſerorum liberorum cineres, ceu Achillis quondam et Patrocli, vna vrna amiciſſime commiſtos, terraque occultatos. — Deducta iam ancilla, ad Agamemnonem conuertit ſermonem. Ἐπισχὲς, moram iniice. Τώδ᾽ ἀδελφὼ δίσσῃ μέριμνα μητρὶ, adpoſitio pulcherrima: liberi, qui tantas ſollicitudines mihi mouerunt, tam multas excuſſerunt lachrymas. Ἀδελφοῦ adpellatione etiam ſoror hic continetur, quam poteſtatem pari modo *fratris* nomini dederunt Romani. Vid. *Bentlei.* ad *Horat.* Serm. L. I. ſ. 1. v. 100.

Δισσὴ μέριμνα μητρὶ, κρυφθῆτον χθονί.

ΑΓΑΜ. Ἐσται τάδ' οὕτω. καὶ γὰρ εἰ μὲν ἦν στρατῷ

Πλοῦς, οὐκ ἂν εἶχον τήνδε σοι δοῦναι χάριν·

Νῦν δ', οὐ γὰρ ἵησ' οὐρίας πνοὰς θεὸς,

Μένειν ἀνάγκη, πλοῦν ὁρῶντας ἥσυχον.

Γένοιτο δ' εὖ πως. πᾶσι γὰρ κοινὸν τόδε,

Ἰδίᾳ θ' ἑκάστῳ, καὶ πόλει, τὸν μὲν κακὸν,

Κακόν τι πάσχειν· τὸν δὲ χρηστὸν, εὐτυχεῖν.

V. 885. Sic iam *Brunck* edidit, cod. *Pariſienſis*, duorum *Moſcou. Scholiaſtae, Heathii* aliorumque auctoritate, ipſaque lectionis elegantia ſuffultus. Vulg. ſimpl. διςσῇ μερίμνᾳ.

V. 888. Ἀττικωτέραν λέξιν praetulit *Brunck* ex MSS. reg. adſtipulante *Moſcou.* ſec. οὐρίους πνοὰς vt *Philoct.* v. 355. οὐρίῳ πλάτῃ. Sed οὐρίας πομπῆς eſt in *Iphig.* A. v. 351. et οὐρίᾳ ῥιπίδι in *Acharn.* v. 668.

V. 890. *Muſgraue* κρεῖσσον ex coniectura: ſed bene ſe habet vulgata. Vid. not.

V. 886-892. Ἔσται τάδ' οὕτω, ſc. ὡς λέγεις. In ſequentibus regiam munificentiam et ingenuitatem male ſuſtinet Agamemnon, quod ipſe profitetur, ſe non ex animo, ſed propter remanendi in Cherſoneſo neceſſitatem, gratificari Hecubae, merito iam propterea a Scholiaſta taxatus. Sed regiam animi celſitatem atque generoſitatem nunquam antea admirati ſumus in Agamemnone, nec hic habemus, cur eam ſuſpiciamus. Οὐκ ἂν εἶχον, ego non poſſem. V. 888. ſq. Nunc, cum ſecundos ventos nobis adſpirare non iubeat Neptunus, vacare poſſumus infantum tuorum ſepulturae. Ὁρῶντας, diſpicientes, exſpectantes: qui enim rei alicuius viſendae flagrant cupiditate, ii auide illam exſpectant. V. 890. Γένοιτο δ' εὖ πως: eueniat autem bene conſilium de trucidando Polymeſtore.

Στροφὴ ά.

ΧΟΡ. Σὺ μὲν, ὦ πατρὶς Ἰλιὰς,
Τῶν ἀποϱθήτων πόλις
Ουκέτι λέξῃ· τοῖον Ἑλ-
λάνων νέφος ἀμφί σε κρύπτει,
Δορὶ δὴ, δορὶ πέρσαν.
Ἀπὸ δὲ ςεφάναν κέκαρσαι

Πύρ-

V. 895. τοίονδ' eſt vulgata lectio, quam poſt *Heathium* bene reiecit *Brunck*. Aliter hos melicos verſus praeferunt *Moſcouienſes*.

V. 896. Sic poſt *Kingium* et *Muſgrauium* ex MSS. edidit *Brunck* flagitante metro. Recepta alias lectio eſt σε καλύπτει, quod merum eſt gloſſema ex Il. XVII. v. 243. forſan deſumtum.

meſtore. Πᾶσι γὰρ κοινὸν τόδε, h. e. συμφέρον, omnium autem pariter intereſt, priuati hominis et ciuitatis, malum adfici malis, bonum autem fortunatum eſſe. Atque nunc abit Agamemnon: Hecuba autem in ſuum abit tentorium, vt omnia ad excipiendum et in ſeruarum poſtea habitacula dimittendum Polymeſtorem ibi praeparentur.

V. 893 - 901. Apte hic rurſus intercinit chorus, ne ſcena vacet, dum Polymeſtor aduocatur: cantus ipſe omnium θρηνητικῶν Euripideorum videtur pulcherrimus. Luget autem chorus Troiae vaſtationem, quam luculentiſſimis depingit coloribus, et in fine exſecratur Paridis nuptias, longe tamen alia ratione, quam in choro praecedente: qua ex re poetae ingenium agnoſcas. Ἀποϱθήτων, inexpugnabilium, ſeu potius bene munitarum: expugnata enim iam erat ab Hercule. V. 895. Τοῖον — πέρσαν, in res medias nos rapit poeta: videmus Graecorum copias irruentes gladiisque omnia confodientes. Νέφος pro *magna multitudine*, Homericum eſt, Il. IV. v. 274. apud poetas frequentiſſime obuium. Nimbus peditum, *Aen.* VII. v. 793. iaculantum nubes, *Stat.* IX. v. 120. V. 898. Ἀπὸ δὲ ςεφάναν κέκαρσαι πύργων, abraſae ſunt turrium

Πύργων, κατὰ δ' αἰθάλȣ
Κηλῖδ' οἰκτροτάτᾳ κέχρωσαι,
Τάλαιν'· ȣ̓κέτι σ' ἐμβατεύσω.

Αντιστρ. α'.

Μεσονύκτιος ὠλλύμαν,
Ημος ἐκ δείπνων ὕπνος

Ηδὺς

V. 899. Κάπνου poſt αἰθάλου legunt tres *Moſcou.* quod quidem nouum eſt gloſſema, ſed tamen demonſtrat, falſo αἰθάλῳ legi in codd. et edd. nonnullis. Κηλῖδ' enim cum v. οἰκτροτάτᾳ caſu tertio iungendum eſt, id quod membranae, metrum et *Arſenius*, ad quem falſo in contrariam partem prouocatum video, pluribus oſtendunt. Οἰκτροτάταν *Brunck*: qua auctoritate, neſcio.

turrium tuarum pinnae: vaſtationis innuit celeritatem. Quod *Euripides* vocat πύργων ἄκρας στεφάνας, *Troad.* v. 779. *Sophocli* adpellatur στεφάνωμα πύργων, turrium faſtigium. V. 899. κατακέχρωσαι δὲ οἰκτροτάτᾳ κηλῖδι αἰθάλου ſc. καπνοῦ, denigrata es triſtiſſima macula fumi fuliginoſi. Αἴθαλος et αἰθαλόεις eſt perpetua fumi commaculantis adpoſitio. Vid. noſtri *Electr.* v. 1140. Οὐκέτι σ' ἐμβατεύσω, nunquam amplius in te incedam: ornate, nunquam te videbo. V. 902-910. Locus pulcherrimus de inſidiis Achaeorum et ſecuritate Troianorum, qui vino ſomnoque iacebant ſepulti. Vid. *Aen.* II. v. 250. ſqq. et de ſcholio hucusque inedito ad h. l. *Scaliger* de Emend. Temp. p. 378. ed. Geneu. 1629. Μεσονύκτιος ὠλλύμαν, media nocte adpropinquabat exitium. Ἐκ δείπνων, ſtomachus ex conuiuio ingrauatus ſuadebat ſomnum. Μολπᾶν — καταπαύσας, Troiani pridie ante vrbis excidium diem feſtum Dianae celebrantes, quod obſidione ſibi iam liberati videbantur, cantui et comeſſationibus vacabant. V. 907. Etiam hic verſus ad naturam eſt adumbratus: maritus enim, qui, pro more virorum, paulo

Ἡδὺς ἐπ᾿ ὄσσοις κίδναται.
Μολπᾶν δ᾿ ἄπο, καὶ χαροποιῶν
Θυσιᾶν καταπαύσας,
Πόσις ἐν θαλάμοις ἔκειτο,
Ξυστὸν δ᾿ ἐπὶ πασσάλῳ,
Ναύταν οὐκέθ᾿ ὁρῶν ὅμιλον
Τροίαν Ἰλιάδ᾿ ἐμβεβῶτα.

Στροφὴ β΄.

Ἐγὼ δὲ πλόκαμον ἀναδέτοις
Μίτραισιν ἐῤῥυθμιζόμαν,

Χρυ-

V. 904. Primus et tert. *Moſcou.* σκίδναται: ſed nota aphaereſis τοῦ σ.

V. 905. Χαροποιὸν θυσίαν *Brunck* ex membranis: ſed haec ſcriptura corrupta, ex forma Dorica procul dubio orta eſt, vt et θυσιᾶν. Optimi codd. θυσιᾶν.

V. 908. Hunc verſum aut cum priori transponendum, aut parentheſeos ſigna delenda iudicauit *Reiſke.* Sed nihil novant codd. nec parentheſis exprimitur, ſed ſubintelligitur.

V. 909. Ναυτᾶν malit *Valcken.* ad Phoen. p. 111. metro refragante.

V. 911. δέ τοι tres *Moſcou.*

paulo liberius indulſerat vino, prior etiam cubitum ire cogebatur, vxor autem reponendis veſtibus crinibusque componendis adhuc occupata erat. V. 908. Ξυστὸν, pro quauis armatura, quae ceu pacis tempore in paxillo ſufpenſa erat. V. 909. Ναυτᾶν ὅμιλον, pro ναυτικὸν, more poetico. Profundo ſomno ſepultus non viderat Achaeos per amica ſilentia lunae vrbem ſubeuntes.

V. 911 - 920. Ἀναδέτοις μίτραισιν, religatis balteis ἐῤῥυθμιζόμαν πλόκαμον componebam cincinnos. Zonulas, ſeu cingula in vſu fuiſſe apud Graecos,

Χρυσέων ἐνόπτρων
Λεύσσουσ' ἀτέρμονας ἐς αὐγὰς,
Επιδέμνιος ὡς πέσοιμ' ἐς εὐνάν.
Ανὰ δὲ κέλαδος ἔμολε πόλιν·
Κέλευσμα δ' ἦν κατ' ἄςυ Τροί-
ας τόδ'· Ω παῖδες Ἑλλάνων, πότε
Δὴ, πότε τὰν Ιλιάδος σκοπιὰν
Πέρσαντες, ἥξετ' οἴκους;

V. 914. Sic tert. *Moſcou.* poſcente metro. Edd. εἰς αὐγάς. Paulo ante ἀτρύμονας legendum ſuſpicatur *Muſgraue*, ex *Aeſch.* ſ. a. Th. v. 881. vt vel ad materiae duritiem, vel nitorem reſpiciatur. Sed nulla mutatione opus eſt.

V. 915. ἐπιδείπνιος, *coena peracta*, *Muſgraue* ex coniectura, quod autem huc non quadrat. Vid. not.

V. 919. Ιλιάδα *Kingius*, et poſt eum *Brunck* ex cod. reg adſtipulantibus tribus *Moſcouienſibus.* Primus tamen habet Ιλιάδος, quae verior ſcriptura etiam *Musgrauio* placuit et *Steinbrychelio.*

V. 920. ἐς οἴκους, quod poſt *Battierium* et *Kingium* bene deleuit *Brunck*, verſus dimenſioni repugnans.

Graecos, quibus cincinnos diſtinguebant, demiſſumque capillum reuinciebant, vel ex Luciano notum, vbi Iupiter in colloquio ad Cupidinem: ὡς ἥδιςον ποίει σεαυτὸν, ἑκατέρωθε καθειμένος βοςρύχους, τῇ μίτρᾳ τούτους ἀνειλημμένος. V. 913. ſq. Λεύσσουσ' ἀτέρμονας ἐς αὐγὰς, infinitos inſpiciens fulgores, ἐνόπτρων χρυσέων, quae παρθένων χάριτες adpellantur *Troad.* v. 1107. Pulchre ſpecula fulgentia, ex metallis apud veteres confecta, audiunt ἀ. ἀτέρμονες, quia figura rotunda nullos habet fines, terminis ſemper in ſe ipſos redeuntibus. Ατέρμονες, ἄριςοι, *Heſych.* V. 915. Vt inciderem in torum, lecto proxima: quae omnia ad ſummam confuſionem exprimendam ſunt adiecta. Maritus ſtertebat, vxor,

Αντιστρ. β'.

Λέχη δὲ φίλια μονόπεπλος
Λιποῦσα, Δωρὶς ὡς κόρα,
Σεμνὰν προσίζουσ',
Ουκ ἤνυσ', Αρτεμιν, ἁ τλάμων·
Αγομαι δὲ θανόντ' ἰδοῦσ' ἀκοίταν
Τὸν ἐμὸν, ἅλιον ἐπὶ πέλαγος,
Πόλιν τ' ἀποσκοποῦσ', ἐπεὶ
Νόστιμον ναῦς ἐκίνησε πόδα,
Καὶ μ' ἀπὸ γᾶς ὥρισεν Ιλιάδος·
Τάλαιν', ἀπεῖπον ἄλγει·

Επω-

V. 921. Sic poſt *Kingium Brunck*, confirmantibus lectionem tribus *Moſcou.* Edd. φίλα.

V. 928. ἐκίνησεν *Brunck* poſt *Battierum*, qui hoc verſum poſcere adferit, nullo argumento prolato: nam noſtra potius lectione bene ſe habebit metrum.

veſtibus detractis, in thalamum ſe erat coniectura. V. 917. Κέλευσμα, exhortatio nautarum, qua ſe excitant ad labores ſtrenue ſubeundos: hic de ingenti militum clamore. V. 918. Πότε δὴ πότε — οἴκους; quando *demum*, quando Pergamo exciſo domum redibitis? Σκοπιὰ idem quod σκοπὴ, acropolis, quam primum deuaſtarunt Achaei, pro tota vrbe.

V. 921-930. Δωρὶς ὡς κόρα μονόπεπλος: de diſcincto Lacedaemoniarum veſtitu, praeter *Meurſ.* Lacon. L. I. c. 19. conſulendus eſt *Cragius* de Republ. Laced. paſſim. Incedebant nudae fere inter iuuenes puellae, leui tantum palliolo tectae, vt palaeſtrae viribusque exercitiis adſueſcerent. Sed iam apud Graecos Spartanarum, quas φαινομηρίδες adpellabant, impudicitia in prouerbium abierat: vid. *Androm.* v. 596. ſq. Senſus: prae feſtinatione ne vnicum fere περιβόλαιον induere licebat. Πέπλον de vtraque, tam ſuperiore,

χιτὼν,

ANAGNOSTIRIO

Ἐπῳδός.

Τὰν τοῖν Διοσκόροιν Ἑλέναν κάσιν,
Ἰδαῖόν τε βούταν
Αἰνόπαριν, κατάρᾳ
Διδοῦσ', ἐπεί με
Γᾶς ἐκ πατρῴας ἀπώλεσεν,

V. 931. Διοσκόροιν membranae apud *Brunckium*.

V. 935. ἀπώλεσαν legendum ſuſpicatur *Steinbrychel*. Sed ſana eſt lectio, ſi commate tantum, nec puncto, diſtinguatur poſt ἀπώλεσεν.

χιτῶν, quam inferiore, ἱμάτιον, veſte adhiberi, notum eſt. V. 924. οὐκ ἤνυσ', nihil effeci: inauditam abire oportuit. In ſequentibus vide, vt vrbis excidium, virorum ſtrages, et captiuitatis miſeriae paucis adumbrentur. V. 928. Ποὺς, *pes*, in re nautica Graecis Latinisque, de gubernaculo, vel fune nautico, quo inferiores veli anguli verſus puppim adducuntur, vel de ipſo remo atque velis, adhibetur, quam dictionem frequentibus diſputationibus agitarunt *Scaliger* et *Voſſius* ad *Catull.* v. 21. C. IV. *Potter* ad *Lycophr.* v. 1015. et qui omnia paucis acute expedire nouit, praeſtantiſſimus Virgilii interpres ad *Aen.* V. v. 580. Quae quidem ſignificationes, quum omnes ex primaria pedis poteſtate originem trahant, ſenſum nauticum ego quidem hic relinquendum et ad vulgarem confugiendum puto, vt nauis in Graeciam rediens νοσίμῳ viatoris ποδὶ adſimiletur. V. 930. ἀπεῖπον ἄλγει, deliquium paſſus ſum prae dolore. Ἀπείπειν et ἀπερεῖν de exanimatione momentanea et deſperatione in aerumnarum copia et pertinacia vſurpatur. Vid. *Oreſt.* v. 91.

V. 931 - 940. Finitur chorus diris in exitiales Paridis nuptias coniectis. Αἰνόπαριν, damnoſum Paridem, Δύσπαριν, *Il.* III. v. 39. V. 925. Γᾶς ἐκ πατρῴας ἀπώλεσεν, eiecit me ex ſolo natali. Notanda eſt iſta exulandi notio in v. ὄλλυσθαι, ad ſanandum locum deſperatiſſimum in *Androm.* v. 877.

Εξώκισέ τ' οἴκων γάμος, οὐ γάμος,
Αλλ' ἀλάστορός τις ὀϊζύς·
Αν μήτε πέλαγος ἅλιον
Απαγάγοι πάλιν,
Μήτε πατρῷον ἵκοιτ' ἐς οἶκον.

ΠΟΛΥΜ. Ω φίλτατ' ἀνδρῶν, Πρίαμε, φιλτάτη δὲ σὺ,
Εκάβη, δακρύω σ' εἰσορῶν, πόλιν τε σὴν,
Τήν τ' ἀρτίως θανοῦσαν ἔκγονον σέθεν.
Φεῦ οὐκ ἔστιν οὐδὲν πιστὸν, οὔτ' εὐδοξία,
Ουτ' αὖ καλῶς πράσσοντα, μὴ πράξειν κακῶς.
Φύρουσι δ' αὔθ' οἱ θεοὶ πάλιν τε καὶ πρόσω,
Ταραγμὸν ἐντιθέντες, ὡς ἀγνωσίᾳ

Σέβω-

V. 942. δακρύων εἰσορῶν, tert. *Moſcou.*

V. 945. Quartus *Moſc.* ἔγγονον, quod ſaepiſſime cum ἔκγονον permutarunt librarii, quaſi nihil diſcriminis intercederet inter haec vocabula. Sed bene iam obſeruauit *Euſtathius*, in Homero ſemper reponendum eſſe ἔκγονον *filium:* ἔγγονον autem illi eſſe τὸν ἐγγύγονον, *adfinem.* Sequioris aeui ſcriptores hanc differitatem plane ignorarunt. Vid. ad *Ammon.* p. 69.

v. 877. vbi verſibus male transpoſitis in ordinem reſtitutis, ita legendum puto: ὀλεῖ μ', ὀλεῖ με Φθιάδος ἐκ γᾶς, eiiciet me (Pyrrhus) Phthiaca ex terra. Vid. ad *verſ.* p. 202. V. 936. γάμος, οὐ γάμος nuptiae perniciofiſſimae. Vid. ad v. 612. *Androm.* v. 103. Πάρις οὐ γάμον, ἀλλά τιν' ἄταν ἠγάγετ' Ελεναν. V. 937. ἀλάστορος ὀϊζύς, furiarum aerumna. Cfr. v. 681.

V. 941 - 948. Nolim hic anxie interrogari, qui fieri potuiſſet, vt Polymeſtor ab Hecuba aduocatus tam repente adueniat, cum in Thraciae receſſibus alias ſe contineret: hoc enim adcuratius indagare eſt argutias capere hiſtoricas, non

ANAGNOSTIRIO

Σέβωμεν αὐτούς. ἀλλὰ ταῦτα μὲν τί δεῖ
Θρηνεῖν, προκόπτοντ᾽ οὐδὲν ἐς πρόσθεν κακῶν;
Σὺ δ᾽ εἴ τι μέμφῃ τῆς ἐμῆς ἀπουσίας,
Σχές· τυγχάνω γὰρ ἐν μέσοις Θρῄκης ὅροις

non in dramatis explicatione verſari. Ne tamen lepidam obiectionem deuitauiſſe magis, quam reieciſſe videamur, pau-cis notare ſufficiat: tantum abeſſe, vt Euripides probabilitatis legem migrauerit, vt potius ſpectatorum illuſioni, quam vocant, optime conſuluiſſet. Patet enim ex v. 952. in Cherrhoneſi confiniis Polymeſtorem regiam ſedem fixiſſe, quo ex loco interdum penitiores Thraciae regiones adibat, vt imperium felicius ibi adminiſtraret. Quum autem de Troiae expugnatione Achaeorumque adpulſu ad eum deferretur, ipſe ſtatim adpropeꝛrauit, vt quauis ratione Graecorum gratiam aucuparetur. Hominem impium, perfidum, verique diſſimulantem ex adloquio nemo non agnoſcet. V. 944. ſq. Ad ſententiam reuocat mutabilem Hecubae fortunam, vt ſolent triſtes eiusmodi conſolatores. Eheu, nulla amplius fides eſt rebus humanis, neque dignitati, neque felicitati! Εὐδοξία h. l. eſt celebritas, maieſtas regia. Οὐτ᾽ αὖ πιςὸν, κ. π. neque fortunatus certo confidere poteſt, ſe nunquam in pauperiem deiectum iri. V. 946. Dii repentina commutatione ima ſummis, ſumma imis miſcent, vt in hac rerum inſcitia ſemper ab iis pendeamus, eosque colamus.

V. 948 - 955. Ne in re tam inuiſa longius haerere ſuumque Hecubae auxilium promittere cogatur Polymeſtor, ſtatim ad res praeſentes conuertit orationem. Sed quid iuuat luctus ad praeſentia mala emollienda? Προκόπτοντ᾽ proficientia, referendum ad ταῦτα. Vid. *Alceſt.* v. 1079. V. 950. Quod ad meam attinet abſentiam, hanc quidem reprehendere noli: σχὲς, contine te. V. 952. ſq. Simulac enim

Απὼν, ὅτ' ἦλθες δεῦρ'· ἐπεὶ δ' ἀφικόμην,
Ηδη πόδ' ἔξω δωμάτων αἴροντί μοι
Ες ταυτὸν ἥδε συμπιτνεῖ δμωὶς σέθεν,
Λέγουσα μύθους, ὧν κλύων ἀφικόμην.

ΕΚ. Αισχύνομαί σε προσβλέπειν ἐναντίον,
Πολυμῆστορ, ἐν τοιοῖσδε κειμένη κακοῖς.
Οτῳ γὰρ ὤφθην εὐτυχοῦσ' αἰδώς μ' ἔχει,
Εν τῷδε πότμῳ τυγχάνουσ', ἵν εἰμὶ νῦν,
Κοὐκ ἂν δυναίμην προσβλέπειν σ' ὀρθαῖς κόραις.
Αλλ' αὐτό μὴ δύσνοιαν ἡγήσῃ σέθεν,
Πολυμῆστορ· ἄλλως δ' αἴτιόν τι καὶ νόμος,
Γυναῖκας ἀνδρῶν μὴ βλέπειν ἐναντίον.

ΠΟΛΥΜ.

V. 952. ἐπεί γ' ἀφικόμην eſt vulgata lectio: noſtram ſcripturam *Aldina*, codd. *Brunckii* et *Moſcou.* confirmant.

V. 955. βλύων habet liber MS. apud *Heuslerum*, de qua voce videndus *Euſtath.* ad Iliad. p. 1126.

V. 959. cum ſequente tranſponendum iudicauit *Reiske* cum *Steinbrychelio.* Sed codd. non addicunt: neque quid mutandum erit, orationis ſerie obſeruata.

enim rediiſſem, pedem iam ex domo promoturus eram, αἴροντί μοι, quum eundem in finem, ſc. ad me aduocandum, mihi obueniret ſerua mandatis tuis, quibus auditis ſtatim adueni.

V. 956-963. Hecuba, quae irae et deteſtationis indicia vultu prodere metuebat, facie in terram demiſſa clandeſtina conſilia tegit, pudorem muliebremque verecundiam vindictae praetexens. Quam doloris diſſimulationem, aſtutiam et calliditatem in ſequentibus, tironibus adcuratius obſeruandam atque admirandam commendo. V. 958. ſq. Me enim, in tanta, qua nunc ſum, miſeria collocatam, pudor occupat, ſi ab illo videar, qui me olim nouerat fortunatam, quapropter recto obtutu eum adſpicere

cere

ΠΟΛΥΜ. Καὶ θαύμα γ' οὐθέν. ἀλλὰ τίς
χρεία σ' ἐμοῦ;
Τί χρῆμ' ἐπέμψω τὸν ἐμὸν ἐκ δόμων πόδα;
ΕΚ. Ιδιον ἐμαυτῆς δή τι πρὸς σὲ βούλομαι,
Καὶ παῖδας εἰπεῖν σούς· ὀπάονας δ' ἐμο
Χωρὶς κέλευσον τῶνδ' ἀποστῆναι δόμων.
ΠΟΛΥΜ. Χωρεῖτ'· ἐν ἀσφαλεῖ γὰρ ἥδ' ἐρημία.
Φίλη μὲν εἶ σὺ, προσφιλὲς δ' ἐμοὶ τόδε
Στράτευμ' Αχαιῶν. ἀλλὰ σημαίνειν σε δεῖ,
Τί χρὴ τὸν εὖ πράσσοντα μὴ πράσσουσιν εὖ

Φίλοις

V. 970. Ald. ἡμῖν et in fine τόδε: ſed prius iam *Kingius* deleuit tribus codd. ſuadentibus, quibus nunc *Brunckii* et *Moſcou.* membranae accedunt.

V. 971. σε δεῖ reſcripſit *Brunck*, quia mox ſequitur χρὴ, quam duritiem in ed. ſua etiam ſupra v. 282. correxerat. Nos quidem lubentiſſime concedimus, χρὴ atque δεῖ a librariis centies eſſe permutata: hic autem duplex χρὴ antiquiſſimam fuiſſe lectionem, docet duplex πρέπει in paraphraſi obuium. Vid. not.

cere nequeo. V. 960. Nec autem propterea me tibi infenſam exiſtimes, Polymeſtor. Αλλως δ' αἴτιον τ. κ. ν. praeterea inſuper mos et inſita verecundia mulieres vetat ex aduerſo intueri viros.

V. 964-973. Animo perterritus malique ſibi conſcius nequiuerat rex glaucoma penetrare ſibi obiectum: quapropter omnem deuitat interiorem rei disquiſitionem, euocationis ſuae conſilium indagaturus. Αλλά τις χρεία σ' ἐμοῦ ſc. ἱκάνει, vel ἔχει. V. 966. ſq. Ιδιον ἐμαυτῆς, rem priuatim ac me pertinentem, h. e. ſecretam, tibi liberisque tuis manifeſtare cupio: iubeas autem ſatellites, ὀπάονας, ab hiſce diſcedere tentoriis. V. 969. ſq. χωρεῖτ' ad comites et ſeruos: ἐν ἀσφαλεῖ ſc. τόπῳ γ. ἡ. ἐ. nihil enim mihi metuendum eſt, in hoc loco ſolitario,

Φίλοις ἐπαρκεῖν· ὡς ἕτοιμός εἰμ᾽ ἐγώ.

ΕΚ. Πρῶτον μὲν εἰπὲ παῖδ᾽, ὃν ἐξ ἐμῆς χερὸς

Πολύδωρον ἔκ τε πατρὸς ἐν δόμοις ἔχεις,

Εἰ ζῇ· τὰ δ᾽ ἄλλα δεύτερόν σ᾽ ἐρήσομαι.

ΠΟΛΥΜ. Μάλιστα· τὐκείνου μὲν εὐτυχεῖς μέρος.

ΕΚ. Ὦ φίλταθ᾽, ὡς εὖ κἀξίως σέθεν λέγεις.

ΠΟΛΥΜ. Τί δῆτα βούλει δεύτερον μαθεῖν ἐμοῦ;

ΕΚ· Εἰ τῆς τεκούσης τῆσδε μέμνηταί τι μου.

ΠΟΛΥΜ. Καὶ δεῦρό γ᾽ ὡς σὲ κρύφιος ἐζήτει μολεῖν.

ΕΚ.

V. 977. εὐτυχοῖς *Steinbrychel*, ex ingenio: μέρους habet *Aldina*, quod reduxiſſem, niſi codd. conſentirent in μέρος ab orationis ambiguitate commendatum.

V. 981. κρυφίως *Ald.* repugnante metro. Κρύφιος iam voluit *Reiske*, atque ſic praeferunt *King*, *Musgraue*, *Brunck* duoque MSS. *Moſcou.*

litario, cum amicae mihi ſint iſta matrona, Graecorumque turbae. Quibus diſceſſis ſe ad Hecubam conuertit, antiquae amicitiae et hoſpitalitatis ſpeciem praeferens, ita tamen, vt ſimulator perfidus, tyrannus, animusque perplexus haud lateant. Ὡς pro ὅτι ἕτοιμός εἰμ᾽ ἐγώ.

V. 973-983. Iuſta cunctatione auri occulti manifeſtatio ad verſus ſequentes dimittitur, partim vt maternum amorem proderet Hecuba, de filii ſalute interrogando, partim autem, vt perfidam Polymeſtoris mentem adcuratius cognoſceret. V. 975. poſt πατρὸς ſupplendum eſt ληφθέντα, aut ſimile quid: delectum verborum, egregiamque interrogationis, εἰ ζῇ, poſitionem tirones notent. V. 977. Conſtrue: κατὰ τὸ μέρος τοὐκείνου μ. ε. quod ad illum attinet, optime tecum agitur. Obſeruetur in ſequentibus perpetua orationis ambiguitas, quam in Hecuba ad diſſimulandum vindictae conſilium,

ΕΚ. Χρυσὸς δὲ σῶς, ὃν ἦλθεν ἐκ Τροίας ἔχων;
ΠΟΛΥΜ. Σῶς, ἐν δόμοις γε τοῖς ἐμοῖς φρουρούμενος.
ΕΚ. Σῶσόν νυν αὐτὸν, μηδ᾽ ἔρα τῶν πλησίον.
ΠΟΛΥΜ. Ηκιστ᾽· ὀναίμην τοῦ παρόντος, ὦ γύναι.
ΕΚ. Οισθ᾽ οὖν ἃ λέξαι σοί τε καὶ παισὶν θέλω;
ΠΟΛΥΜ. Ουκ οἶδα· τῷ σῷ τοῦτο σημανεῖς λόγῳ.
ΕΚ. Εστω φιληθεὶς, ὡς σὺ νῦν ἐμοὶ φιλῇ.
ΠΟΛΥΜ. Τί χρῆμ᾽, ὃ κἀμὲ καὶ τέκν᾽ εἰδέναι χρεών;
ΕΚ. Χρυσοῦ παλαιαὶ Πριαμιδῶν κατώρυχες.
ΠΟΛΥΜ.

V. 984. νῦν vitioſe habent edd. ante *Brunck.*
V. 987. ταῦτα *Brunck* ex cod. reg.
V. 988. *Preuoſtus*, qui h. l. male explicat, interpungit poſt ἔστω.

lium, in Polymeſtore autem, ad prodendam mali animi conſcientiam, mira arte adumbrauit poeta. V. 979. vt effugeret Thrax quaeſtionum tendiculas, ad alia orationem dirigere cupit: Hecuba autem ſurdis auribus hanc interpellationem excipiens pergit percontari de filio. V. 982. σῶς ex σῶος. Ad hanc ſolum quaeſtionem vere reſpondere poterat Polymeſtor: aurum enim Polydori in aedibus ſuis adſeruabatur, hoc tantum diſcrimine, vt ſibi id iam vindicauiſſet. V. 984-992. Τῶν πλησίον ſc. τοὶ ὄντων. Serua itaque hoc aurum, nec bonis eorum, qui te ſumma amicitia attingunt, manus immitte: ἔρα, vid. ad v. 763. Pungit his verbis impium hoſpitem, cuius perfrictam frontem nunc ſatis viderat, a cauſa caedis, propius ad vindictam de eo ſumendam accedens. V. 985. ὀναίμην τοῦ παρόντος, noua impoſtoris ambiguitas: παρόντα, quae proprie ſunt mea bona, Polydori etiam theſauros inuoluunt. V. 988. *Ita amatus abs te iudicetur filius, vt tu nunc a me amice excipieris:* h. e. tuum erga filium meum amorem eodem nunc compenſabo amore, id

quod

ΠΟΛΥΜ. Ταῦτ' ἔσθ', ἃ βέλει παιδὶ σημῆναι σέθεν;

ΕΚ. Μάλιϛα, διὰ σοῦ γ'. εἶ γὰρ εὐσεβὴς ἀνήρ.

ΠΟΛΥΜ. Τί δῆτα τέκνων τῶνδε δεῖ παρουσίας;

ΕΚ. Ἄμεινον, ἢν σὺ κατθάνῃς, τούσδ' εἰδέναι.

ΠΟΛΥΜ. Καλῶς ἔλεξας τῇδε, καὶ σοφώτερον.

ΕΚ. Οἶσθ' οὖν Ἀθάνας Ἰλίας ἵνα ϛέγαι.

ΠΟ-

V. 996. Ἰλιακᾶς vulg. edd. Ἰλιεῦσ' *Musgraue* ex coniectura, qua non opus eſt. Ἰλίας, *Brunck* ex cod. reg. cum *Moſcouienſibus*. Ἰλιᾶς MS. *Cotton.* et *Ald.*

quod omnino verum erat Hecubae conſilium. Diſparebunt omnes difficultates in hoc verſu, qui aenigmaticus admodum et obſcurus viſus eſt multis, ſi tenebimus, quod iam *Musgraue* obſeruauit, vltimis verbis ironiam ſubeſſe, intellectam ab audientibus, dum Thrax ea vel non intelligeret, vel omnia ei plane et ſimplicia viderentur. Solent enim in Tragicis ii, qui fraudem machinantur, perplexo et ambiguo ſermone vti, quem aliter ſpectator, interlocutor aliter accipiat. Vid. *Oreſt.* v. 1349. *Iphig.* T. 1205. *Helen.* 1216. et 1225. V. 990. χρυσοῦ παλαιαὶ κατώρυχες, auri antiquae defoſſiones: theſauri a Priamidis iam a longo inde tempore occulti. Quod omnino probabilitatis ſpeciem prae ſe ferebat: nam per decennem Troiae expugnationem quinquaginta Priami filii ſuas vxorumque opes facile defodere poterant. V. 990. ſq. Vt facilius ſecretum eliceret Hecubae, Polydori curam ſimulat Polymeſtor, quaſi bona eius quam fideliſſime adminiſtraret: illa autem, μάλιϛα διὰ σοῦ, maxime fui cauſa hoc facturam adfirmat, vt veterem amicitiam et hoſpitalitatem, εὐσέβειαν, dignis gratibus remuneretur.

V. 994 - 1000. Quorſum autem liberos me adportare oportuit? V. 995. Καλῶς ἔλεξας καὶ σοφώτερον τῇδε ſc. διανοίᾳ, bene quidem et ſapientius, quam

ΠΟΛΥΜ. Ἐνταῦθ᾽ ὁ χρυσός ἐςι; σημεῖον δὲ τί;
ΕΚ. Μέλαινα πέτρα γῆς ὑπερτέλλεσ᾽ ἄνω.
ΠΟΛΥΜ. Ἔτ᾽ οὖν τι βούλει τῶν ἐκεῖ φράζειν ἐμοί;
ΕΚ. Σῶσαί σε χρήμαθ᾽, οἷς ξυνεξῆλθον, θέλω.
ΠΟΛΥΜ. Ποῦ δῆτα; πέπλων ἐντὸς ἢ κρύψασ᾽
ἔχεις;
ΕΚ. Σκύλων ἐν ὄχλῳ ταῖσδε σώζεται ςέγαις.

V. 1001. Edd. vulg. interpungunt poſt ἐντὸς, et praeferunt ἤ, quod deleta inciſione in ἢ bene mutandum iuſſit *Valcken.* ad *Phoen.* p. 269. et poſt eum *Brunck*, ex cuius recenſione h. l. expreſſimus. Aliter diuidit *Reiske* et cum eo *Steinbrychel*: πέπλων ἐντος; ἢ κ. ἔ. σκύλων ἐν ὄχλῳ; Hec. Ταῖσδε σώζεται ςέγαις: quod autem dialogo aduerſatur et alienum eſt, quum ſuſpicari plane non potuiſſet Polymeſtor, aurum inter ſpolia eſſe abſconditum.

quam cogitaſſem. V. 997. Cogites hic Polymeſtoris cupiditatem, eumque totum ab Hecubae ore pendentem, vt indicia loci, qui theſaurum contineret, auida mente reponat. Noſtine templum Iliacae Mineruae? ςέγαι h. l. ναός, aedificium maiori cultu exſtructum atque exornatum: in his ipſis. vel earum vicinitate veteres occultare ſolebant theſauros. V. 999. Notato loco, quem inter Troiae ruinas forſan inuenire poterat, ad alias res feſtinat Polymeſtor, lubricusque e manibus effugiſſet, niſi nouas fraudes inueniſſet Hecuba, ſimulans, ſe opes ſuffuratam ex Troia migrauiſſe, ξυνεξῆλθον, easque nunc ei tradituram eſſe.

V. 1001 - 1010. Vbi autem habes iſtos theſauros? forſan intra peplum occultatos? V. 1002. In iſtis aedibus, quibus ſpolia adferuantur, reconditi ſunt. Quod quidem commentum erat falſiſſimum: praeda enim iam fuit diuiſa, et in iſtis, quae digito monſtrabat, captiuarum tentoriis, ſpolia niſi cuſtodia Graecorum adhibita adſeruari non potuiſſent. Sed locus erat ſolitarius et ab Achaeorum caſtris paululum

ΠΟΛΥΜ. Πȣ̃ δ'; αἵδ' Ἀχαιῶν ναύλοχοι περιπτυχαί.
ΕΚ. Ἰδίᾳ γυναικῶν αἰχμαλωτίδων στέγαι.
ΠΟΛΥΜ. Τἄνδον δὲ πιστὰ, κἀρσένων ἐρημίαι;
ΕΚ. Οὐδεὶς Ἀχαιῶν ἔνδον, ἀλλ' ἡμεῖς μόναι.
Ἀλλ' ἕρπ' ἐς οἴκȣς· καὶ γὰρ Ἀργεῖοι νεῶν
Λῦσαι ποθȣ̃σιν οἴκαδ' ἐκ Τροίας πόδα·
Ὡς πάντα πράξας, ὧν σε δεῖ, στείχῃς πάλιν
Ξὺν παισὶν, ȣ̃περ τὸν ἐμὸν ᾤκισας γόνον.
ΧΟΡ. Οὔπω δέδωκας, ἀλλ' ἴσως δώσεις δίκην,
Ἀλίμε-

V. 1003. ποῦ δ' αἵδ; noſtram diſtinctionem *Reiskio*, qui οὐχ' αἵδ' ſcribit, ſine dubio debet *Brunckius*.

V. 1004. ἰδίαι *Brunck* ex cod. reg.

lulum remotus, in quem poſtea deducitur Polymeſtor. V. 1003. Ποῦ δ'; vbi ſunt iſtae aedes? nihil enim video praeter nautica Achaeorum caſtra. V. 1005. Hoc non interrogat Thrax, quaſi ſibi metueret a Graecis, quibus amicus erat: ſed ne reſciſceret Agamemnon aliusue imperator, ſe partem praedae iis debitam ſurripere. V. 1006. ſq. Hecuba partes ſuas egregie tuetur; ἕρπ' εἰς οἴκους, ingredere domum iſtam: quod clandeſtinam irreptionem, minime autem tardum ſenis Polymeſtoris greſſum, denotat, vt falſo interpretes quidam. λῦσαι πόδα, funes nauticos ſoluere cupiunt. Vid. ad v. 938. In vltimis verſibus orationis ἀμφιβολία non eſt praetermittenda: πάντα πράξας, h. e. παθὼν reſpectu Hecubae, ποιήσας, ex mente Thracis. ᾤκισας γόνον, Polymeſtor accipiebat de reditu in aulam ſuam: Hecuba de via in ſui filiorumque exitium, in quod deiecerat ille Polydorum. Atque nunc abeunt in ſcenam captiuarum, vbi in interiore tentorii parte caedes et occaecatio peragitur.

V. 1011 - 1019. Dum Polymeſtor occoecatur et liberi eius interficiuntur, intercinit chorus muſicis concentibus tibia-

Αλίμενόν τις ὡς ἄντλον ἐμπεσὼν
Λέχριος, ἐκπέσῃ φίλας καρδίας,
Αμέρσας βίοτον. τὸ γὰρ ὑπέγγυον
Δίκᾳ, καὶ θεοῖς ȣ̓ ξυμπιτνεῖ,
Ολέθριον, ὀλέθριον κακόν.

V. 1012 — 1014. Sic verſus conſtitunt *Brunck* ex cod. reg. quatuorque *Moſcouienſes*. Edd. ex ſingulis binos conflant ἐς praeferentes ante ἄντλον, quod in cod. primoque Moſc. iure deeſt.

V. 1015. Locus difficilis, multis magnorum virorum diſputationibus agitatus. *Musgrauius* et *Brunck* mutarunt οὗ ξυμπιτνεῖ, praeeunte *Hemſterhuiſio*, hunc elicientes ſenſum, *in quem cadit et concurrit, vt, ob crimen commiſſum, ſimul humanae iuſtitiae et Deorum vindictae ſit obnoxius ac velut oppignoratus, illi certiſſimum exitium imminet.* Sed haec, ſi quid ſentio, explicatio, paulo impeditior videtur et verborum ſtribligini haud abſimilis. Accedit, quod ne minima quidem in membranis inueniatur diuerſitas in V. οὐ. Omnia itaque ſana puto, ſi interpungatur poſt Δίκᾳ, quod in edd. vulgaribus hucuſque neglectum video.

V. 1016. ὀλέθριον ὀλεθρίῳ κακὸν, *malum exitioſum inſtat ſceleſto*, in verſ. olim conieceram. Sed repudio nunc ſuſpicionem minus idoneam.

tibiarumque ſonis adiutus. Αλίμενος ἄντλος, non vortex importuoſus, ſed imperſcrutabilis pelagi profunditas. Αντλον, θάλασσα, *Heſych.* fluctus, ὑδάτων πλῆθος. Vid. *Sept. c. Theb.* v. 802. (798.). Λέχριος, incuruatus, contractus, obliquus, infauſtus, *Antig.* v. 1345. hic de nauta, fluctus corporis recuruatione effugere cupiente. Comparatur autem Polymeſtor nautae, qui turbidum mare vitaturus, effunditur in fluctus. Εκπέσῃ φίλης καρδίας, dulci excides vita, ἀμέρσας βίοτον, qui alium (Polydorum) vita priuaſti. Sic optime *Brunck:* alii, *orbatus vita*, ϛερηθεὶς, quod hic alienum eſt: ἀμέρδειν enim eſt auferre. V. 1014. τὸ γὰρ ὑπέγ-

ANAGNOSTIRIO

Ψεύσει σ᾽ ὁδοῦ τῆσδε ἐλπὶς, ἥ σ᾽ ἐπήγαγε
Θανάσιμον πρὸς Ἀΐδαν, ὦ τάλας·
Ἀπολέμῳ δὲ χειρὶ λείψεις βίον.
ΠΟΛΥΜ. Ὤι μοι, τυφλοῦμαι φέγγος ὀμμάτων
τάλας.

ΗΜΙΧ.

γυον, oppignoratum, רהין apud Arabes, qui ſimile norunt prouerbium: *omnis vir, in eo, quod patrat, pignoratus eſt.* Vid. *Schultens* ad *Iob.* XXXIV. v. 31. p. 964. Omnis loci difficultas in v. ξυμπιτνεῖ eſt quaerenda, quod Didymus explicuit per ἀφανίζεται et Scholiaſtes, εἰς λήθην ἀπέρχεται. Tunc hic exſiſteret ſenſus: *quod Diis et vindictae eſt commiſſum, non intercidit.* Sed recte me docuit vir quidam ſummus, hunc v. ξυμπιτνεῖ ſignificatum a loquendi vſu non confirmari: vnicus enim locus *Prometh.* v. 431. qui huic poteſtati patrocinari videbatur, ab acutiſſimo et recentiſſimo *Aeſchyli* interprete ita illuſtratus eſt p. 92. vt nihil inde auctoritatis in noſtrum locum deriuari poſſit. Bene, ſi quid video, omnia ſic expedies: quod Δίκη ſemel *eſt commiſſum*, etiam *Diis* *non conuenit*, ab iis non adiuuatur: *ſed certiſſimam immittunt perniciem.* Eſt enim Δίκη, vindicans iuſtitia, Διὸς κούρα, *Choeph.* v. 949. (vid. ad v. 791.) cui Dei non refragantur, ſed manus praebent auxiliatrices adeoque ſceleſtos puniunt. Confirmabit explicationis veritatem *Odyſſ.* XIV. v. 83. ſq. οὐ μεν σχέτλια ἔργα θεοὶ μάκαρες φιλέουσιν, ἀλλὰ δίκην τίουσι, καὶ αἴσιμα ἔργ᾽ ἀνθρώπων. Si quem offendat ellipſis v. ἥξεται aut ſimilis poſt κακὸν, huic per me licet ὀλέθριον ὀ. κακὸν referre ad τὸ γὰρ. V. 1017. Sic fere Latini: ſpes huius viae fruſtrabitur te, quae non pecuniam tibi monſtrauit, ſed te ad Plutonem deiecit. V. 1019. ἀπολέμῳ χειρὶ, manu bello non adſueta, muliebri.

V. 1020 - 1026. Occiſis Polymeſtoris liberis, ipſoque rege ocu-

ΗΜΙΧ. Ἠκούσατ᾽ ἀνδρὸς Θρῃκὸς οἰμωγὴν φίλαι;
ΠΟΛ. Ὤ μοι μάλ᾽ αὖθις, τέκνα, δυστήνου σφαγῆς.
ΗΜΙΧ. Φίλαι, πέπρακται καίν᾽ ἔσω δόμων κακά.
ΠΟΛΥΜ. Ἀλλ᾽ ὄτι μὴ φύγητε λαιψηρῷ ποδί·
Βάλλων γὰρ οἴκων τῶνδ᾽ ἀναρρήξω μυχούς.
ΗΜΙΧ. Ἰδοὺ βαρείας χειρὸς ὁρμᾶται βέλος.
Βούλεσθ᾽ ἐπεισπέσωμεν, ὡς ἀκμὴ καλεῖ
Ἑκάβῃ παρεῖναι, Τρῳάσιν τε συμμάχους;

EK.

V. 1022. τέκνον tres *Moſcou.*

V. 1024. Sic ex MSS. *Musgraue* edidit cum *Brunckio*, conſentientibus duobus *Moſcou.* Edd. μ᾽ ἐκφύγητε. Cod. pr. *Moſc.* φύγοιτε, quod omnino alienum eſt: μὴ ᾽κφύγητε poſt *Heathium* malit *Daweſius* in Miſcell. Cr. p. 331. ſine vlla neceſſitate.

oculorum lumine priuato, furibundus Thrax intra aedes ſolus relinquitur a Troadibus, hinc inde fugientibus. Oberrat itaque in aedium receſſibus ingenti mugitu, ex omni parte exitum quaerens. Τυφλοῦμαι φέγγος, orbatus ſum luce. Cum toto loco comparandi ſunt Polyphemi excoecati gemitus in *Cycl.* v. 659. ſqq. V. 1021. Inſcius rerum intra aedes geſtarum chorus ſtupet ad horrendos Thracis clamores, quem poenas quidem daturum eſſe credebat, de occoecatione autem nihil ſuſpicata erat. Interrogat itaque vna pars chori alteram, quae ex aduerſo erat collocata, quid ſibi velit inſuetus iſte clamor. Errant interpretes, qui ſemichorum cum Hecuba in tentorium abiiſſe ſtatuunt: iſtae enim mulieres, ἀρίσαι Τρῳάδων, iam dudum locum ſuum occupauerant. Accedit inſuper, quod chori partibus aduerſentur iſtae inſidiae. V. 1022. ſ. ὤ μοι τέκνα, eheu iterum filii, quam funeſte eſtis mactati! Percellitur interea chorus, qui res quidem nouas per vim in tentorii receſſu fieri audit, incertus tamen, numne Hecubae etiam malum quoddam ſit illatum.

ΕΚ. Ἄρασσε, φείδου μηδὲν, ἐκβάλλων πύλας.
Οὐ γάρ ποτ᾽ ὄμμα λαμπρὸν ἐνθήσεις κόραις,
Οὐ παῖδας ὄψει ζῶντας, οὓς ἔκτειν᾽ ἐγώ.
ΧΟΡ. Ἦ γὰρ καθεῖλες Θρῆκα, καὶ κρατεῖς ξένου,
Δέσποινα, καὶ δέδρακας, οἷά περ λέγεις;
ΕΚ. Ὄψει νιν αὐτίκ᾽ ὄντα δωμάτων πάρος
Τυφλὸν, τυφλῷ στείχοντα παραφόρῳ ποδὶ,

Παίδων

V. 1032. Huic verſui chori perſonam praefixit cod. reg. apud *Brunckium*, repugnante, ſi quid iudico, dialogi ratione. Vid. ad v. 1029.

tam. V. 1024. ſq. Minatur Polymeſtor, licet quam celerrime in conclauia ſua ſe abdiderint mulieres, intimas tamen latebras ſe acceſſurum, ianuasque ictu perrupturum eſſe. Quibus verbis lapidem, ſiue aliud onus obuium, in penetralium aditus coniicit, miſer, quum foras iam effugiiſſent Troades. V. 1025. ſq. Audita ictus vehementia irruere cupit chorus, quaſi a ſummo periculo in auxilium vocatus. Βέλος, omne quod manu torqueri poteſt: nequit iaculum miſſile intelligi, quo ſe infra a mulieribus orbatum queritur. Ἀκμὴ, ſummum cuiuslibet rei incrementum, hic de maxima adproperandi neceſſitate ſumendum eſt.

V. 1029 - 1033. Prouenit nunc ex aedibus Hecuba, inani Thracis furori illudens. Reliquae caedis complices fuga ſalutem petunt. Ἄρασσε — πύλας, effringas licet ianuas vehementiſſimis ictibus atque plagis, nec tamen ὄμμα λαμπρὸν, videndi facultatem indere poteris pupillis. V. 1032. ſq. ἦ καθεῖλες, num itaque inſidiis circumuenire et ſuperare potuiſti Thracem, liberosque ſuos occidiſti, vti profeſſa es? His verbis prolatis coniungitur iterum chorus, in poſtſcenium recedens, proſcenium autem Hecubae et prodituro mox Polymeſtori relinquens.

V. 1034 - 1040. Reſpondet Hecuba ſermone ad Coryphaeam conuerſo. Adſpicies

mox

Παίδων τε δισσῶν σώμαθ᾽, ἓς ἔκτειν᾽ ἐγὼ
Ξὺν ταῖς ἀρίσταις Τρῳάσιν· δίκην δ᾽ ἐμοὶ
Δέδωκε· χωρεῖ δ᾽, ὡς ὁρᾷς, ὅδ᾽ ἐκ δόμων.
Ἀλλ᾽ ἐκποδὼν ἄπειμι, κἀποστήσομαι,
Θυμῷ ῥέοντι Θρῃκὶ δυσμαχωτάτῳ.
ΠΟΛΥΜ. Ὤι μοι ἐγὼ,

Πᾶ

V. 1040. θυμῷ ζέοντι neſcio in quonam codice, vel impreſſo libro, legiſſe adfirmat *Barneſius*. Θυμολέοντι maluit *Arnaldus*, a *Steinbrychelio* iam reiectus.

mox occoecatum ex tentorio prodeuntem, incerto et errabundo pede tibubantem. Ποῦς παράφορος, pes incertus, qui nos non recta fert, ſed a via deducit. V. 1037. Δίκην δέ μοι δέδωκε, iam vlta ſum iniuriam: vindictam exercui. Reliqua ſuſpenſa voce inſuſurrat choro: conſpicitur enim Polymeſtor lento greſſu ex aedibus proueniens. Εκποδὼν ἄπειμι, propterea ſecedam paululum: adrepit nunc ad chorum, quo ex loco, vsque ad Agamemnonis aduentum, tacita audit ſaeuientes Thracis querelas. Κἀποστήσομαι Θρῃκὶ ῥέοντι δυσμαχωτάτῳ θυμῷ, abibo a Polymeſtore, qui inexpugnabili ſuperfluit ira: ῥέοντι pro περιρέοντι. Ducta videtur ſimilitudo a fluctibus commotis et aeſtuantibus, cum quibus fluctuantes concitati animi adfectus ſaepiſſime comparantur. Sic ῥεῖν de quolibet impetu vehemente adhibent poetae: vid. *ſept. c. Th.* v. 80.

V. 1041 - 1047. Prodiens nunc Polymeſtor querelas, vindictam et furorem ſpirat, prout a dolorum ſaeuitia animique ferocitate in diuerſas partes rapitur. Perturbato autem mentis ſtatui, miſeriaeque faſtigio breues et abruptas interrogationes egregie attemperauit poeta. Eadem ratione vxoris morte perculſus Admetus: ποῖ βῶ; πῆ στῶ; τί λέγω; τί δὲ μή; *Alceſt.* v. 866. V. 1043. ſq. ſic expediendus eſt: τιθέμενος βάσιν ἐπὶ χεῖρα κατ᾽ ἴχνος τετράποδος θηρὸς ὀρεστέρου, num manibus ſuffultus, more

X ferae

Πᾶ βῶ; πᾶ ϛῶ; πᾶ κέλσω;
Τετράποδος βάσιν θηρὸς ὀρεϛέρου
Τιθέμενος ἐπὶ χεῖρα, κατ' ἴχνος;
Ποίαν, ἢ ταύταν, ἢ τάνδ' ἐξαλλάξω,
Τὰς ἀνδροφόνους μάρψαι χρῄζων
Ιλιάδας, αἵ με διώλεσαν;
Τάλαιναι, τάλαιναι κόραι Φρυγῶν·
Ω κατάρατοι, ποῖ καί με φυγᾷ
Πτώσσουσι μυχῶν;
Εἴθ' ἐμοὶ ὀμμάτων αἱματόεν βλέφαρον
Ακέσαι', ἀκέσαιο, τυφλὸν, Αλιε,
Φέγγος ἀπαλλάξας.

A ἆ

V. 1042. Κέλσω, commate tantum poſito, cum ſequentibus connectit *Musgraue*, πᾶ κέλσω βάσιν, κατ' ἴχνος ſc. Τρωάδων. Similis ratio iam olim placuerat *Heathio*, qui ἐπὶ per tmeſin a verbo τιθέμενος ſeparatum ſtatuit, hunc ſenſum ex tota oratione eliciens; *quo adpellam quadrupedis greſſum ferae montanae, mulieribus manus iniiciens, iuxta earum veſtigia. Reiske* mutaturus erat χειρί. Sed irritos reddit hos conatus vulgatae lectionis facilitas. Vid. not.

V. 1045. ποίαν ὁδὸν, primus *Moſcou.*

V. 1049. Sic *Brunck* quatuorque *Moſcou.* Vulg. edd. ἰὼ ἰὼ κατ.

V. 1053. Νέφος ἀπ. placuit *Reiskio* et *Musgrauio*, repugnante metro.

ferae quadrupedis montanae, hanc vel illam viam ingrediar? V. 1046. μάρψαι χρῄζων, corripere et conquaſſare me oportet Troades. Vim vehementiorem ineſſe v. μάρψαι docebit *Od.* IX. v. 289. de Polyphemo Vlyſſis ſocios contundente: σὺν δὲ δύω μάρψας, ὥςε σκύλακας, ποτὶ γαίῃ κόπτ'.

V. 1048 - 1053. Τάλαιναι κόραι, dolet Polymeſtor, ſe a tam imbellibus perire mulieribus

Α ἆ σίγα· κρυπτὰν βάσιν αἰσθάνομαι
Τᾶνδε γυναικῶν.
Πᾶ πόδ' ἐπάξας, σαρκῶν ὀσέων τ'
Εμπλησθῶ, θοίναν ἀγρίων θηρῶν
Τιθέμενος, ἀρνύμενος λώβαν,
Λύμας ἀντίποιν' ἐμᾶς; ἰὼ τάλας.

X 2 Ποῖ,

V. 1054. Interiectiones extra metrum poſitae ſunt: edd. *σίγα, σίγα*, quod poſterius tamen bene omittunt quatuor *Moſcou.* et cod. reg. apud *Brunckium.*

V. 1055. τᾶνδε tres *Moſcou.* γυναικᾶν *Brunck.* In diſponendis verſibus variant edd. et codd. Nos quidem *Brunckianam* diuiſionem ex cod. praetulimus reliquis.

bus. Ποῖ μυχῶν καὶ μὲ πτώσσουσι φυγᾷ; quonam in angulo fugientes ante me oberrant? Πτώσσειν, de trepida mendicorum obambulatione, hic de fuga adhibetur. Sed omnes iſti mulieres corripiendi conatus irriti ſunt: ſanguis enim de palpebris deſtillans, oculorumque dolores coercent vindictae cupidinem nouis ſemper fluctibus in animo reſtagnantem. V. 1502. ſq. τυφλὸν φέγγος, pro τυφλωθὲν, oculum occoecatum permutans ſano h. e. videndi facultatem mihi reſtituas. Φέγγος, *lumen*, in vtraque lingua frequentiſſimum. Solem autem inuocat Polymeſtor, vt coecitati ſuae medeatur, quia is vere eſt φωτὸς παρεκτικὸς, cuius caloribus etiam excoecatus ab Oenopione Orion viſum recepit. Vid. *Lucian.* περὶ οἴκου, 29. *Hygin.* Aſtron. II. 34. et *Apollodor.* Bibl. I, 4, 3. Orionis etiam paulo poſt fit mentio v. 1097. et ad hanc fabulam reſpexiſſe poetam, poſt *Musgrauium* recte docet *Steinbrychel.*

V. 1054-1059. Primos verſus ſubmiſſa voce et corpore, ceu ferae, repreſſo pronuntiat, greſſum Troadum ſe audire ſuſpicans. Adiuuatur enim auditu et tactu, cui viſus eſt negatus. Πᾶ πόδ' ἐπαΐξας, pulchre hic de caeca pedis feſtinatione: quonam irruam, vt

car-

Ποῖ, πᾶ φέρομαι, τέκν' ἔρημα λιπὼν
Βάκχαις Ἄιδȣ διαμοιρᾶσαι,
Σφακτὰν κυσίν τε φονίαν
Δαῖτ' ἀνήμερον, ὀρείαν τ' ἐκβολάν;
Πᾶ ςῶ, πᾶ κάμψω; πᾶ βῶ;
Ναῦς ὅπως ποντίοις πείσμασι
Λινόκροκον φᾶρος ςέλλων,

Ἐπὶ

V. 1062. κυσὶν *Brunck.*

V. 1065. Νάος, *Musgraue:* ναύτης, *Reiske.*

V. 1066. φάρος *Brunck* cum *Moſcou.* Edd. φᾶρος. MSS. Pariſ. pro ςέλλων habent ἕλκων.

carnium oſſiumque dilaceratione ſatiatus, conuiuium parem feris agreſtibus? Obſeruanda eſt duplex Polymeſtoris imago: ferae rapacis, delectatur enim carne et ſanguine: victoris, nam beſtiis comedenda propoſiturus eſt corpora diſcerpta. Vtrumque ex Homero eſt petitum. Ἀρνύμενος λώβαν, compenſans iniuriam, perniciei meae vindicta. Ἀντίποινα pro ἀντίποινον, iniuriae vindicta. Sed omnes iſtae machinationes vanae fuerunt: retrahit manus in auram inanem extenſas, nouis oculorum doloribus diſcruciatus.

V. 1060 - 1069. Reuocat animum amor paternus in liberos, quos ſimili crudelitate ſepultura priuatos canibus vulturibusque proiectum iri a Troadibus timet. Βάκχαι ᾅδου, mulieres Troianae furore Bacchico ad necem vsque ſaeuientes: Furias innui, clarum eſt. Vid. *Herc.* fur. v. 1119. V. 1063. Δαῖτ' ἀνήμερον, conuiuium ſaeuum et horrendum. V. 1065. ſq. Locus difficilis, quem ita extricandum puto: ςέλλων ὅπως ναῦς λινόκροκον φάρος ποντίοις πείσμασι, ἐπὶ τάνδε συθεὶς (εἰμὶ) ὀλέθριον κοίταν, φύλαξ τέκνων ἐμῶν: vti nauis in vado, ſeu loco ſcopuloſo, rudentibus contrahere cogitur linea vela, et velut in vno loco conſiſtere, ne

impin-

ANAGNOSTIRIO

Ἐπὶ τάνδε συθεὶς,
Τέκνων ἐμῶν φύλαξ,
Ὀλέθριον κοίταν;
ΧΟΡ. Ω τλῆμον, ὥς σοι δύσφορ' εἴργασται
κακά·
Δράσαντι δ' αἰσχρὰ, δεινὰ τἀπιτίμια
Δαίμων ἔδωκεν, ὅστις ἐστί σοι βαρύς.
ΠΟΛΥΜ. Αἰ, αἶ, ἰὼ Θρήκης

X 3 Λογ-

V. 1067. τάνδ' ἐσσυθεὶς edd. vulg. quam vitioſam lectionem bene reiecit *Brunck* ex cod. adſtipulantibus tribus *Moſcou.*

V. 1068. Φώκας malit *Reiske: in hanc phocae foueam, liberorum meorum perditricem:* ſenſu tenui et alieno.

V. 1073. ἔδωκεν *Brunck* cum *Moſcou.* ἔθηκεν Lib. *Pariſ.* δέδωκεν edd.

impingat et confringatur, ſic etiam me reuocare oportet a curſu, vt ad pernicioſam et letalem hancce latebram compulſus, corpora liberorum meorum cuſtodiam. Στέλλειν φάρος ſeu ἱστία eſt *contrahere vela*, *Od.* XVI. v. 353. vnde στέλλειν, reprimere curſum. Συθεὶς, compulſus: noua comparatio de naue deſumta, quam ventorum vis ad littus coniecit. Κοίταν male de thalamo explicant, ſeu ſtrato, quo cadauera repoſita fuiſſe putant: κοίτα eſt cubile, luſtrum ferarum, introeuntibus pernicioſum; ὀλεθρ. κ. eine *Mörderhöle.*

V. 1070 - 1083. Intercinit chorus, qui commiſerans conſolari videtur Polymeſtorem, dum non obſcure illum impietatis poenam luere ſignificat. Τὸ ἐπιτίμιον eſt poena, ζημία. *Demoſth.* pro Coron. c. 12. τὰ τῆς προδοσίας ἐπιτίμια, proditionis poena. V. 1073. ſq. Quum nec mulieres corripere, nec filiorum cadauera inuenire potuiſſet Polymeſtor, ingenti clamore primum Thraces, ſatellites ſuos, deinde Achaeos et Atridas in ſubſidium vocat, qua re via cum ad Agamemnonis aduentum, tum ad diſquirendam litem ſi-
niendam-

Λογχοφόρον, ἔνοπλον, εὔϊππον,
Ἄρει κάτοχον γένος.
Ἰὼ Ἀχαιοὶ, ἰὼ Ἀτρεῖδαι.
Βοὰν, βοὰν αὐτῶ, βοάν.
Ἴτε, μόλετε, πρὸς θεῶν.
Κλύει τις, ἢ οὐδεὶς ἀρκέσει; τί μέλλετε;
Γυναῖκες ὤλεσάν με,
Γυναῖκες αἰχμαλωτίδες.
Δεινὰ, δεινὰ πεπόνθαμεν.
Ὤι μοι ἐμᾶς λώβας.
Ποῖ τράπωμαι; ποῖ πορευθῶ;
Αἰθέρ' ἀμπτάμενος οὐράνιον,
Ὑψιπετὲς εἰς μέλαθρον, Ὠρίων,
Η Σείριος, ἔνθα πυρὸς φλογέας

Ἀφίη-

V. 1074. ἔυοπλον tert. *Moſcou.* Mox ſecund. Ἀρεοκάτοχον.

V. 1078. Sic *Brunck* cum tribus *Moſcou.* In edd. duplicatur ἴτε.

V. 1085. ἀναπτάμενος primus et tert. *Moſcou.*

V. 1087. ὁ σείριος, tert. *Moſcou.*

niendamque fabulam ſternitur. Ah, adeſto Thraciae haſtiferum genus, Ἄρει κάτοχον, Marti ſubiectum, a Marte regnatum h. e. bellicoſum. Βοὰν αὐτῶ, altiſſima voce, praeſentiſſimum imploro auxilium: ſed nemo adhuc iteratos audit clamores. Omnia tentat: miſcet iram, vociferationem, indignationem a ſexu et fortuna, ſuſpiria, querelas: ſed ſurdis cuncta dicta ſunt auribus.

V. 1084-1091. Locus nobiliſſimus, cuius imagines etiam apud Orientis poetas inuenire licet. Tantis iam oppreſſus ſum doloribus, nullo exitu adparente, vt neſciam, num in altum euolare Olympum, an in profundas Orci tenebras me deiicere debeam. De Orione

Αφίησιν ὄσσων αὐγάς;
Η τὸν ἐς Αΐδα μελανοχρῶτα
Πορθμὸν αΐξω τάλας;
ΧΟΡ. Ξύγγνωσθ', ὅταν τις κρείσσον' ἢ φέ-
ρειν κακὰ
Πάθῃ, ταλαίνης ἐξαπαλλάξαι ζωῆς.
ΑΓΑΜ. Κραυγῆς ἀκέσας ἦλθον· ἐ γὰρ ἥσυχος
Πέτρας ὀρείας παῖς λέλακ' ἀνὰ ςρατὸν
Ηχὼ, διδὃσα θόρυβον. εἰ δὲ μὴ Φρυγῶν
Πύρ-

V. 1093. ἡσύχως ſuperſcriptum fuit in codd. apud *Brunckium*, quod quartus *Moſcou.* in ipſo textu praefert. Sic iam Scholiaſtes legiſſe videtur interpretamento ſuo: οὐ γὰρ ἠρέμα ἤχησεν ἡ θυγάτηρ τῆς πέτρας. Potior tamen et poetae conuenientior videtur lectio recepta. Idem Schol. defendit articulum v. 1089. vbi *Brunck* legendum putat ἤτοι. In ſequentibus edd. male exhibent Doricam lectionem ἀχὼ et Ελλάνων, quam cod. reg. et membranae *Moſcou.* bene exulant.

ne nota eſt fabula. Vtriusque ſideris mentio propterea facta videtur, vt lucidiſſimarum ſtellarum deſcriptione, quibus coelum eſt diſtinctum, aterrima Orci caligo oculis clarius ſubiiciatur. Pulchra imagine ſtellarum fulgores cum oculorum radiis comparantur. Πόρθμος, fretum, Acheruſiam procul dubio paludem, ſeu littus fluminum infernalium denotat.

V. 1092 - 1098. Vitam deſpondiſſe Polymeſtorem in prioribus verſibus, docet vberior chori explicatio. Poſt φέρειν non βούληται cum *Arnaldo*, ſed δύναται ſupplendum eſt. Vid. *Suppl.* Noſtri v. 844. et Memor. *Socr.* III, 5, 17. Ξύγγνωςα, pro σύγγνωςον: veniam omnino meretur ille, qui maioribus, quam quae tolerari poſſint, aerumnis oppreſſus, ex miſera hacce vita emigrare cupit. V. 1094. ſq. Immenſo Thracis clamore excitatus

Πύργους πεσόντας ᾖσμεν Ἑλλήνων δορὶ,
Φόβον παρέσχ᾽ ἂν οὐ μέσως ὅδε κτύπος.
ΠΟΛΥΜ. Ὦ φίλτατ᾽, ᾐσθόμην γὰρ, Ἀγάμεμνον, σέθεν
Φωνῆς ἀκούσας, εἰσορᾷς ἃ πάσχομεν;
ΑΓΑΜ. Ἔα Πολυμῆστορ ὦ δύστηνε, τίς σ᾽ ἀπώλεσε;
Τίς ὄμμ᾽ ἔθηκε τυφλὸν, αἱμάξας κόρας,
Παῖδάς τε τούσδ᾽ ἔκτεινεν; ἦ μέγαν χόλον

Σοὶ

V. 1096. ᾖσμεν ex *Etymol.* M. v. ᾖσμεν, iam *Heathio* placuerat, qui in v. ſ. παρέσχ᾽ ἂν mutauit, calculum adiicientibus *Musgrauio* et *Brunckio*. Poſterius improbant membranae et *Schol.* qui in interpretatione habet ἐφοβήθημεν; prius defendi poſſet, ſi id pro ἰσαίημεν poſitum eſſe ſtatueremus. Praeferenda tamen eſt lectio *Etymologi*, quam etiam Scholiaſtes iam nouiſſe videtur, addendo: εἰ δὲ μὴ εἰδείημεν.

tatus adproperat Agamemnon. Ἠχὼ παῖς πέτρας ὀρείας ex poetica originatione: Echo enim fuit Nympha, Narciſſi amoribus celebris, *Metam.* III. v. 359. linguae et aëris filia. Quam occaſionem Euripidis ſugillandi Echo dederit Ariſtophani, videſis in *Theſmoph.* v. 1068. ſq. Ἠσυχος παῖς, non enim leniter per exercitum inſonuit, ſed διδοῦσα θόρυβον, ingentes clamores repercutiens. Quam vere petrae filia adpelletur Echo, neminem latebit: retunditur enim ſonus, vbi in petras adfligitur. Continuatur autem metaphora vsque ad finem v. κτύπος, hoc ſenſu: niſi Troiam dirutam ſciremus, facile nouum hoſtium incurſum atque impetum timuiſſemus.

V. 1099-1108. Quum cito adueniens Agamemnon, vindictae ſocietatem diſſimulans, ad chorum direxiſſet ſermonem, primus compellatur a Polymeſtore: o chariſſime Agamemnon, ex voce enim ſtatim te agnoui, videsne, quae perpeſſi

Σοὶ καὶ τέκνοισιν εἶχεν, ὅστις ἦν ἄρα.

ΠΟΛΥΜ. Εκάβη με σὺν γυναιξὶν αἰχμαλωτίσιν

Απώλεσ᾽· οὐκ ἀπώλεσ᾽, ἀλλὰ μειζόνως.

ΑΓΑΜ. Τί φῄς; σὺ τοὖργον εἴργασαι τόδ᾽, ὡς λέγει;

Σὺ τόλμαν, Εκάβη, τήνδ᾽ ἔτλης ἀμήχανον;

ΠΟΛΥΜ. Ωι μοι, τί λέξεις; ἦ γὰρ ἐγγύς ἐστί που;

Σήμηνον· εἰπὲ ποῦ 'σθ᾽, ἵν᾽ ἁρπάσας χεροῖν

Διασπάσωμαι καὶ καθαιμάξω χρόα.

ΑΓΑΜ. Ουτος, τί πάσχεις;

ΠΟΛΥΜ. Πρὸς θεῶν σε λίσσομαι,

Μέθες μ᾽ ἐφεῖναι τῇδε μαργῶσαν χέρα.

ΑΓΑΜ.

peſſi ſumus? V. 1100. *τίς σ᾽ ἀπώλεσε*, quis ſic te perditum voluit? In ſequentibus intelligi vix poteſt, quomodo rex liberos conſpexiſſet intra tentorium occiſos, cum res ante ſcenam in loco aperto agatur. Quodſi autem ianuas tentorii apertas cogitamus, et intra eas cadauera, adeoque in poſtſcenio iacentia, tunc omnes diſparebunt difficultates. V. 1105. teneant tirones, *ἀπώλεσε*, *perdidit*, apud Terentium non vitae ſolum iacturam, ſed quoduis infortunium denotare. Senſus: ſummam perniciem mihi parauit Hecuba. V. 1107. ſq. Tune Hecuba iſta patraſti, facinusque ſuſtinuiſti, quod nulla machinatione committi poſſe videatur? *Αμήχανον, ὑπερβολικὴν*, Schol.

V. 1108 - 1115. En ferocem et barbarum animum, qui vel in regis praeſentia ab ira et vindictae cupidine ſibi temperare nequit. Diſcerpere et fruſtillare vult *χρόα*, Hecubae corpus. V. 1111. *οὗτος*, vocantis pronomen, pro *σὺ*, vel *Πολυμῆστορ*. Vid. *Aiax* v. 71. et 89. *ὦ οὗτος, Αιας, δεύτερόν σε προσκαλῶ.* V. 1113. *ἴσχ᾽*, reprime

ANAGNOSTIRIO

ΑΓΑΜ. Ισχ᾽· ἐκβαλὼν δὲ καρδίας τὸ βάρβαρον,
Λέγ᾽, ὡς ἀκούσαις σοῦ τε, τῆσδέ τ᾽ ἐν μέρει,
Κρίνω δικαίως ἀνθ᾽ ὅτου πάσχεις τάδε.
ΠΟΛΥΜ. Λέγοιμ᾽ ἄν. ἦν τις Πριαμιδῶν νεώτατος
Πολύδωρος, Εκάβης παῖς, ὃν ἐκ Τροίας ἐμοὶ
Πατὴρ δίδωσι Πρίαμος ἐν δόμοις τρέφειν, –
Υποπτος ὢν δὴ Τρωϊκῆς ἁλώσεως.
Τοῦτον κατέκτειν᾽· ἀνθ᾽ ὅτου δ᾽ ἔκτεινά νιν,
Ακουσον ὡς εὖ, καὶ σοφῇ προμηθίᾳ.

Εδεισα

reprime iram: Il. I. v. 214. σὺδ᾽ ἴσχεο, πείθεο δ᾽ ἡμῖν. Eiice barbaram hanc ſaeuitiam animo, τὴν βαρβαρότητα. Enarres potius rem, vt te et hanc ex altera parte audiam atque iudicem, num iuſte haec patiaris nec ne?

V. 1116 - 1121. Morem gerens Polymeſtor Agamemnoni, adcuratius exponit de Polydoro, ita, vt, quoad fieri potuit, veritatem quidem ſequeretur, vel Hecubae praeſentia commotus, omnia tamen, quae ad Troianos pertinebant, mira arte eleuaret totamque narrationem ad cauſae ſuae vtilitatem adcommodaret. Ην τις Πολύδωρος, quaſi nunquam interius nouiſſet hominem et nulla hoſpitalitatis iura et vincula inter eum atque Priamum interceſſiſſent. Adeo diſſimulat amicitiam cum Troianis, vt inſontior adpareat coram Agamemnone. V. 1119. ὕποπτος ὢν h. e. ὑποψίαν ἔχων, vt bene Scholiaſtes. Notandum eſſe ὕποπτος ſignificatione actiua, vt μεμπτός εἰμι pro μέμφομαι in *Trach*. v. 446. iam *Brunck* obſeruauit. V. 1120. τοῦτον κατέκτειν᾽: iſta hoſpitis caedes vel apud Graecos excuſari non poterat, quapropter vtilitatis eorum ſuaeque prouidae curae rationem ſceleri praetexit.

Εδεισα μή σοι πολέμιος λειφθεὶς ὁ παῖς –
Τροίαν ἀθροίσῃ, καὶ ξυνοικίσῃ πάλιν·
Γνόντες δ᾽ Αχαιοὶ ζῶντα Πριαμιδῶν τινα,
Φρυγῶν ἐς αἶαν αὖθις αἴροιεν ϛόλον,
Κἄπειτα Θρήκης πεδία τρίβοιεν τάδε
Λεηλατοῦντες· γείτοσιν δ᾽ εἴη κακὸν
Τρώων, ἐν ᾧπερ νῦν, ἄναξ, ἐκάμνομεν.
Εκάβη δὲ παιδὸς γνοῦσα θανάσιμον μόρον,
Λόγῳ με τοιῷδ᾽ ἤγαγ᾽, ὡς κεκρυμμένας
Θήκας φράσουσα Πριαμιδῶν ἐν Ιλίῳ –
Χρυσοῦ· μόνον δὲ σὺν τέκνοισι μ᾽ εἰσάγει
Δόμους, ἵν᾽ ἄλλος μή τις εἰδείη τάδε.

V. 1130. Sic *Brunck* ex membranis conſentientibus quatuor *Moſcou*. Vulgata lectio eſt δόλῳ, quod merum gloſſema putem. Δόλῳ infra recurrit v. 1254.

V. 1131. Sic membranae *Brunckianae* et *Moſcou*. Vulgatae edd. ὑπ᾽ Ιλίῳ.

V. 1122-1133. Iſta autem iniuriae defenſio vsque ad v. 1129. huc fere redit: minimus natu Priamidarum matureſcente aetate Troiam facile inſtaurare nouasque vires colligere potuiſſet; tunc mihi eadem belli fortuna rurſus fuiſſet ſubeunda, cum ex vicinarum vrbium expugnatione confines magnum capiant detrimentum. Colligimus autem ex hoc loco, Cherſoneſum maritimamque Thraciae partem, in Troiae expugnatione a Graecis praedandi et frumentandi cauſa vagantibus, multa belli incommoda expertam fuiſſe. Ξυνοικίζειν, de hominum multitudine vndequaque collecta et in vnam vrbem deducta: vid. *Ammonius* p. 199. Quod de fallaci theſauri reconditi proditione adfertur, vt ſolus Polymeſtor cum liberis in aedes adliceretur, paucis iisque mutatis verbis ex verſ. 990. ſq. repetit poeta.

Ιζω δὲ κλίνης ἐν μέσῳ κάμψας γόνυ,
Πολλαὶ δὲ, χειρὸς αἱ μὲν ἐξ ἀριςερᾶς,
Αι δ᾽ ἔνθεν, ὡς δὴ παρὰ φίλῳ, Τρώων κόραι
Θάκουν, ἔχουσαι κερκίδ᾽ Ηδωνῆς χερὸς,

Ηινεν

V. 1135. Χεῖρες habent *Ald.* et *Moſcou.* cum *Schol.* ſine ſenſu.

V. 1137. Fruſtra ad ſaniſſimum verſum emendandum ſe torſit *Muſgrauius*, dum coniectat: χέουσαι κέρκισ᾽ Ηδωναῖς κλέος, *fundentes radiis textoriis Thracum laudes:* ſeu, Θάκουν, πρέπουσαι κέρκισ᾽ αἰανὲς φάρος: *ſedebant pullam veſtem fibulis ſpectabiles.* Sed multis ſuſpicionibus ſuperſtructa eſt iſta mutatio, quae ſenſum inſuper praebet tenuem et alienum. Vid. not.

V. 1134-1138. Κάμψας γόνυ, incuruatis, ſiue decuſſatis genibus, more etiam nunc in Oriente vſitato, in culcitra adſidebat Polymeſtor: priusquam autem hunc locum occupauiſſet, deponendum erat pallium, regium ornamentum, quo facile ſe inuoluere et contra ictus feminarum defendere potuiſſet. Circa ſequentes verſus multa diſputata ſunt a VV. DD. Multae Troades ad ſiniſtram atque dextram, ceu amicum, circumſedebant Polymeſtorem, tenentes κερκίδ᾽ Ηδωνῆς χερὸς. Fluctuarunt interpretes, num κέρκις *fibula* ſit, πόρπη, περόνη, qua Thracis oculos effoderunt, ſiue *radius textorius*, ἄτρακτος, inſtrumentum textile. Prius iam dudum refutatum eſt: quamuis enim os in crure, Latinis *fibula*, Graecis περόνη dictum, interdum κέρκις audiat, nullum tamen exſtat exemplum, κέρκις pro πόρπη ſeu περόνη proprio ſenſu adhiberi: neque apud *Sophocl.* Antig. v. 976. Phineidis radiis, ſed κερκίδων ἀκμαῖσι confodiuntur oculi. Poſteriorem ſignificatum ſenſu ſtricto ſumtum contextus non admittit: quaenam enim tela, vel texendi occaſio in tentoriis aderat ſeruis Troadibus, et quaenam radii Edonii celebritas? Patet itaque, κερκίδα fuiſſe ὕφασμα, ἐργαλεῖον, ipſam rem radio confectam. Edonii, Ηδώνις, non mons, ſed regio atque populus Polyme-

ANAGNOSTIRIO

Ηινȣν θ᾽, ὑπ᾽ αὐγὰς τȣ́σδε λεύσσȣσαι πέπλȣς
Αλλαι δὲ, κάμακα Θρηκίαν θεώμεναι,
Γυμνόν μ᾽ ἔθηκαν διπτύχȣ ϛολίσματος.
Οσαι δὲ τοκάδες ἦσαν, ἐκπαγλȣ́μεναι
Τέκν᾽ ἐν χεροῖν ἔπαλλον, ὡς πρόσω πατρὸς

V. 1139. Sic cod. reg. quartusque *Moſcou.* Edd. Θρηϊκίαν.

lymeſtori ſubiectus. Vid. *Antig.* v. 956. *Perſ.* v. 495. *Aeneid.* XII. v. 365. ibique *Heynium*, et *Harleſium* ad *Theocr.* VII. v. 111. vbi rem eximia erudi-tione illuſtratam inuenies. Edonias mulieres texturae artificium forſan nobilitauit in Thracia. Hoc veſtimentum Edonium laudabant more feminarum, luci exponentes πέπλους, *pallium*. Τούσδε πέπλους, non has veſtes, δεικτικῶς; iſtas enim Troades ei detraxerant: ſed ſimpliciter pallium, pro τοὺς πέπλους vt ſupra v. 841. et in *Androm.* v. 711. Sub πέπλῳ *Steinbrychel* intelligit tegumentum, quod caput et capillos inuolueret, ſuperne in conum deſinens, einen *Turban:* pallium enim profuiſſe magis oculos eruturis, quam offeciſſe. Hanc autem poteſtatem linguae vſus non confirmat, neque adeo in poeta minutiae ſunt capiendae: quis enim neſcit, annon pallium detractum vna ex parte ſuperiectum fuerit Thraci, dum ex altera manus eius prehenderentur? Sed hoc eſt argutari.

V. 1139-1151. Alia autem ex parte, θεώμεναι, petebant videndi et adcuratius intuendi cauſa, κάμακα, rectam perticam proprie, quae aliquid ſuſtinere poteſt, hic ἀκόντιον, iaculum, ſagittam, eamque Thracio more adaptatam, quam, ceu Telemachus apud Homerum, pro baculo, ſeu ſceptro potius gerebat Polymeſtor. Vid ad v. 9. Διπτύχου ϛολίσματος, atque ſic duplici ornatu me ſpoliauerunt: peplo, ſeu veſte ſuperiore (nec tamen purpurea, vt *Musgraue* putauit, quae vt Threiciis regibus tunc temporis in vſu fuiſſet, vereor) et ſpiculo. Somniat

Γένοιντο, διαδοχαῖς ἀμείβουσαι χεροῖν.
Κᾆτ᾽ ἐκ γαληνῶν, πῶς δοκεῖς, προσφθεγμάτων
Εὐθὺς λαβοῦσαι φάσγαν᾽ ἐκ πέπλων ποθὲν
Κεντοῦσι παῖδας· αἱ δὲ, πολεμίων δίκην,
Ξυναρπάσασαι, τὰς ἐμὰς εἶχον χέρας,
Καὶ κῶλα· παισὶ δ᾽ ἀρκέσαι χρῄζων ἐμοῖς,
Εἰ μὲν πρόσωπον ἐξανισταίην ἐμὸν,
Κόμης κατεῖχον· εἰ δὲ κινοίην χέρας,
Πλήθει γυναικῶν οὐδὲν ἤνυον τάλας.
Τὸ λοίσθιον δὲ, πῆμα πήματος πλέον,
Ἐξειργάσαντο δείν᾽· ἐμῶν γὰρ ὀμμάτων,
Πόρπας λαβοῦσαι, τὰς ταλαιπώρους κόρας

Κεντοῦ-

V. 1143. διαδοχαῖσιν quatuor, et χερῶν tres *Moſcou.*

Somniat Scholiaſtes, qui δύπτυχον ad ancipitem gladium pertinere ait. In ſequentibus matrum Troianarum adulationes et blanditiae erga Polymeſtoris liberos, quos librantes et certantibus manibus excipiebant, praeclare expreſſae ſunt. Repente omnia conuertuntur: inter dulciſſimas compellationes e peplis muliebribus protrahuntur ſicae. Πῶς δοκεῖς, *num crediderīs?* orationis animandae cauſa interponitur. Vid. *Valcken.* ad Hippol. v. 446. V. 1146. ſq. πολεμίων δίκην ξυναρπάσασαι, inimicorum morem corripientes, h. e. ſubito in hoſtes conuerſae. Δίκη eſt mos, conſuetudo, vt in *Od.* XIV. v. 59. ἡ γὰρ δμώων δίκη ἐςί. Patet exinde, quare pallium ſeposuerint: vt nimirum manus pedesque facilius tenere atque vi conſtringere potuiſſent. Cruentae vindictae imaginem lectores ſibi fingant: infantes ante oculos transfixos, Polymeſtorem omnibus membris adnitentem, ſed capillis retentum et miſere demum occaecatum.

V. 1152 - 1159. Vltimam vero, eamque maximam calamitatem crudeliſſime mihi paraue-

Κεντȣ͂σιν, αἱμάσσȣσιν· εἶτ᾽ ἀνὰ ςέγας
Φυγάδες ἔβησαν· ἐκ δὲ πηδήσας ἐγὼ,
Θὴρ ὣς, διώκω τὰς μιαιφόνȣς κύνας,
Απαντ᾽ ἐρευνῶν τοῖχον, ὡς κυνηγέτης,
Βάλλων, ἀράσσων. τοιάδε σπεύδων χάριν
Πέπονθα τὴν σὴν, πολέμιόν τε σὸν κτανὼν,
Αγάμεμνον· ὡς δὲ μὴ μακρȣ̀ς τείνω λόγȣς,
Ει τις γυναῖκας τῶν πρὶν εἴρηκεν κακῶς,
Η νῦν λέγων ἔςιν τις, ἢ μέλλει λέγειν,

Απαντα

V. 1163. *Stobaeus* ſerm. 81. λέγει τις, ἢ πάλιν μέλλει λέγειν, quod noſtrae lectioni fauet. *Brunck* concinniorem putat membranarum ſuarum ordinem λ. τις ἔςιν.

rauerant. Omnia exquiſite ſunt poſita: πήματος πλέον, vid. v. 1106. Εξειργάσαντο, de quolibet facinore, ipſaque nece: vid. v. 515. δείνας, grauiter, actionis vehementiam innuit. V. 1154. Πόρπαις ſiue περόναις, fibulis veſtiumque acubus multi apud veteres oculis priuati leguntur a mulieribus. Poſt triſtem illam Athenienſium ab Aeginetis ſtragem vnicus miles proelio ſuperſtes ab vxoribus reliquorum acu excaecatur apud *Herodot.* L. V. p. 416. ed. *Valcken.* Oedipus R. v. 1268. et 1276. apud *Sophoclem.* V. 1157. ſq. Vt venator omnia vepreta et arboreta excutit ad transfigendas feras, ſic et ego omnes parietes indagaui, omnes ianuas perrupi, vt beſtias iſtas attingerem.

V. 1159 - 1166. Aſtute ad commodum ſuum deflectitur oratio, quaſi haec omnia feciſſet Achaeorum et Agamemnonis gratiam aucupaturus. Neque hanc e manibus dimittere poteſt occaſionem Euripides, quin μισογυνείας ſuſpicionem confirmet. Vid. *Troad.* v. 889. ſq. Idoneo tamen loco poſitas eſſe exquiſitiſſimas mulierum exſecrationes, nemo negabit. Γένος τοιόνδε, malo ſenſu, *Il.* II. v. 148. quo σπέρμα etiam

occur-

ANAGNOSTIRIO

Ἅπαντα ταῦτα συντεμὼν ἐγὼ φράσω.
Γένος γὰρ οὔτε πόντος οὔτε γῆ τρέφει
Τοιόνδ᾽· ὁ δ᾽ αἰεὶ ξυντυχὼν ἐπίςαται.
ΧΟΡ. Μηδὲν θρασύνου, μηδὲ τοῖς σαυτοῦ κακοῖς
Τὸ θῆλυ συνθεὶς ὧδε πᾶν μέμψῃ γένος.
Πολλαὶ γὰρ ἡμῶν, αἱ μὲν εἴσ᾽ ἐπίφθονοι,
Αἱ δ᾽ εἰς ἀριθμὸν τῶν κακῶν πεφύκαμεν.

ΕΚ.

V. 1164. συντιθεὶς *Stobaeus* l. c. et Lib. Pariſ. apud *Muſgranium*, quam lectionem gloſſam putat *Steinbrychel* ex v. 1169. ortam.

V. 1168. μέμφου malit *Kingius:* μέμφῃ prima fuit ſcriptura in quarto *Moſcou.*

V. 1169. Duplicem emendationem propoſuit *Muſgraue:* σχεῖν μὲν εἴσ᾽ ἐπίφθονοι, *inuidendae ſunt haberi*, quam tamen infelicem ſane ſuſpicionem in ſecundis curis deſeruit V. D. aliam ſubſtituens: οὐδὲν εἴσ᾽ ἐπίφθονοι, *neutiquam culpandae*, quam etiam, inuitis licet codicibus, recepit *Brunckius.* V. ſq. *Muſgraue* mauult δακῶν, *ferarum*, *Reiskius* καλῶν. Sed omnes deprauationes reſpuit incorrupta loci ſanitas.

occurrit: nec mare, nec terra alit progeniem tam perniciosam. Vltima verba duplicem exhibent ſenſum, cum ἀεὶ ad ξυντυχὼν et ἐπίςαται trahi poſſit. *Is demum illas nouit, qui ſemper cum iis verſatus eſt:* vel, *hoc ſemper experitur, cui negotium cum illis incidit.* Priorem explicationem praetulerim.

V. 1167-1170. Moderato animi adfectu, quem Troianis mulieribus vix tribuas, emollitur ſaeuius Polymeſtoris effatum. Μηδὲν θρασύνου, ne tam inſolenter te geras, vt propter aerumnas tibi inflictas totum genus muliebre, bonas malasque componens, συνθεὶς, damnes. Ἐπίφθονος *Reiske* et *Musgraue* male reddiderunt, *inuidia laborantes*, *ſceleſtae.* Primigenia enim h. v. ſignificatio, aeque ac in διαβόητος, felicitatis et celebritatis notionem inuoluit: ἐπίφθονος, homo

ΕΚ. Ἀγάμεμνον, ἀνθρώποισιν οὐκ ἐχρῆν ποτε
Τῶν πραγμάτων τὴν γλῶσσαν ἰσχύειν πλέον.
Ἀλλ' εἴτε χρήστ' ἔδρασε, χρήστ' ἔδει λέγειν·
Εἴτ' αὖ πονηρὰ, τοὺς λόγους εἶναι σαθροὺς,
Καὶ μὴ δύνασθαι τἄδικ' εὖ λέγειν ποτέ.
Σοφοὶ μὲν οὖν εἴσ' οἱ τάδ' ἠκριβωκότες,
Ἀλλ' οὐ δύνανται διὰ τέλους εἶναι σοφοὶ,

Κα-

V. 1178. δύναιντ' ἂν habet *Brunck* poſt *Valcken.* ad *Hipp.* p. 194. ex cod. *Leidenſi.* Reliquae membranae et edd. conſentiunt in vulgatam lectionem cum *Schol.*

mo inuidendus ob ingenium, ſiue fortunam, ἐπίζηλος, imitatione dignus. *Lucianus* certe ἐπίφθονος, ζηλωτὸς, τιμώμενος, ἐπαινούμενος, περίβλεπτος, plerumque iungit. Cum vero felicitatis inuidiam plerumque comitetur odium, facile fluxit exinde ſecunda voc. poteſtas, ſceleſtus, odioſus. Senſus: multae ex nobis admiratione omnino ſunt dignae, quamuis aliae malorum numero inferendae ſint.

V. 1171 - 1180. Cauſae ſuae bonitate freta ad Agamemnonem ſermonem dirigit Hecuba, eumque rogat, vt in propoſito permaneat, nec ſpecioſo verborum ſyrmate in transuerſum ſe abripi patiatur. Quod vt facilius obtineat, inuehit in fallacem orationis fucum, quo iuſtiſſimae ſaepius cauſae peruertuntur, et iniuſtiſſimae contra exornantur. Populi Athenienſis rhetores et ſophiſtas hoc prooemio pungi, haud dubitauerim. V. 1174. σαθρὰ proprie fictilia dici, quae inter coquendum rimam egiſſent, docuit *Musgraue:* λόγοι σαθροὶ, verba inania, culpam innuentia, φαῦλοι, ἀσθενεῖς. V. 1175. τἄδικ' εὖ λέγειν, iniuſtae cauſae bonam narrationem praeferre. Vid. *Troad.* v. 967. V. 1176. σοφοὶ ἠκριβωκότες, callidi quidem ſunt iſti atque exercitati, qui culpae innocentiae ſpeciem praetexere norunt: nec tamen perpetuo durabit illorum felicitas, poe-

nam

Κακῶς δ' ἀπώλοντο, κοὔτις ἐξήλυξέ πω.
Καί μοι τὸ μὲν σὸν ὧδ' ἐν φροιμίοις ἔχει·
Πρὸς τόνδε δ' εἶμι, καὶ λόγοις ἀμείψομαι.
Πῶς φῂς Ἀχαιῶν πόνον ἀπαλλάσσων διπλοῦν,
Ἀγαμέμνονός θ' ἕκατι, παῖδ' ἐμὸν κτανεῖν;
Ἀλλ', ὦ κάκιστε, πρῶτον, οὔ ποτ' ἂν φίλον
Τὸ βάρβαρον γένοιτ' ἂν Ελλησιν γένος,
Ουτ' ἂν δύναιτο. τίνα δὲ καὶ σπούδων χάριν

Πρό-

V. 1178. ἀπώλοντ' οὔτις ἐ. π. poſt *Kingium Brunck*, qui tamen reponendum iudicat κακῶς δ' ὄλοντο, κοὔτις ἐ. π. *Moſcou.* habent ἀπώλοντο, copulam agnoſcentes, quam et hic exhibemus.

V. 1179. ὧδε φρ. *King, Musgraue, Brunck.* τόδε φρ. tert. *Moſc.* Nobis placuit membranarum ſcriptura, quam Schol. iam agnouit.

V. 1181. ὅς φῄς *Brunck* ex membranis, quam tamen lectionem bene pro frigida declarauit *Steinbrychel*, dum recepta edd. ſcriptura frequentem δεινότητος formulam continet.

nam enim commeritam vix effugient. Atque nunc ad Polymeſtorem conuertitur, omnia argumenta conuellens, quibus cauſam ſuam honeſtare ſtudebat coram Agamemnone.

V. 1181 - 1191. Πῶς — κτανεῖν; quomodo adfirmare potes, te filium meum interfeciſſe, vt iteratam Graecorum expeditionem praecaueres, aut Agamemnoni gratificareris? Διπλοῦς πόνος, ſecundum bellum: ἕκατι in gratiam, εἰς χάριν. V. 1185. οὔτ' ἂν δύναιτο: primum, quod incomtum barbarorum vitae genus toto coelo differebat a Graecorum cultu atque humanitate: deinde quod Graeci, ceu Iudaei quondam, omnes alios populos contemtu adficiebant et intoleranda hacce ſuperbia ad perpetuum prouocabant odium. Κηδεύειν, proprie funera alicuius curare, hic de inferiis ſumi poſſet, quos Polydori nece Graeco, cuidam aut

Thraci

ANAGNOSTIRIO

Πρόθυμος ἦσθα; πότερα κηδεύσων τινὰ,
Η ξυγγενὴς ὤν; ἢ τίν' αἰτίαν ἔχων;
Η σῆς ἔμελλον γῆς τεμεῖν βλαστήματα,
Πλεύσαντες αὖθις; τίνα δοκεῖς πείσειν τάδε;
Ο χρυσὸς, εἰ βούλοιο τἀληθῆ λέγειν,
Εκτεινε τὸν ἐμὸν παῖδα, καὶ κέρδη τὰ σά.
Επεὶ δίδαξον τοῦτο· πῶς, ὅτ' ηὐτύχει
Τροία, πέριξ δὲ πύργος εἶχ' ἔτι πτόλιν,
Εζη τε Πρίαμος, Εκτορός τ' ἤνθει δόρυ,
Τί δ' οὐ τότ', εἴπερ τῷδ' ἐβουλήθης χάριν
Θέσθαι, τρέφων τὸν παῖδα, κἀν δόμοις ἔχων,
Εκτεινας, ἢ ζῶντ' ἦλθες Αργείοις ἄγων;
Αλλ' ἡνίχ' ἡμεῖς οὐκέτ' ἦμεν ἐν φάει,

V. 1186. πότερον ſecund. et quart. *Moſcou.* κηδεύων ſecundus.

V. 1192. ηὐτύχει vnus Pariſienſium apud *Muſgrau.* et *Brunck.* Edd. εὐτύχει.

Thraci vita defuncto, obtuliſſet Polymeſtor. Sed aptior eſt ſignificatus, adfinitate ſibi aliquem coniungere, ἐπιγαμβρεύειν. Senſus: num in gratiam cognati cuiusdam, ſiue ſanguine tecum iuncturus quendam interfeciſti filium? Βλαστήματα, cum delectu et ſale: num forſan tenera terrae tuae germina eradicaturi fuiſſent? Nemini hoc perſuadebis: auri ſacra fames mortem parauit filio.

V. 1192 - 1200. Atque haec inſatiatibilis auri potiundi cupiditas, animique ſceleſti perfidia tam clare ante oculos ponitur Polymeſtori, vt ex hac inuidia ſe nullo modo extricare potuiſſet. Cum v. 1195. comparentur v. 16. ſqq. Omnia egregie expoſuit Hecuba: quodſi enim nouo bello proſpecturus fuiſſet Thrax, tunc Polydorus ancipiti adhuc belli fortuna vel occidendus, vel viuus tradendus fuiſſet Achaeis, vt de illo,

Καπνῷ δ' ἐσήμην' ἄστυ πολεμίων ὕπο,
Ξένον κατέκτας σὴν μολόντ' ἐφ' ἑστίαν;
Πρὸς τοῖσδε νῦν ἄκουσον, ὡς φανῇς κακός.
Χρῆν σ', εἴπερ ἦσθα τοῖς Ἀχαιοῖσιν φίλος,
Τὸν χρυσὸν, ὃν φῂς οὐ σὸν, ἀλλὰ τοῦδ', ἔχειν,
Δοῦναι φέροντα πενομένοις τε, καὶ χρόνον
Πολὺν πατρῴας γῆς ἀπεξενωμένοις·

Σὺ

V. 1199. Sic codd. MSS. apud *Aldum*, *Muſgrauium*, *Brunckium* et *Moſcovienſes*: edd. καπνὸς et ἐσήμαν'.

lo, ceu de Aſtyanacte, ſupplicium ſumerent. V. 1198. οὐκ-ἔτ' ἦμεν ἐν φάει, *cum in nulla amplius fortunae luce verſaremur*. Vid. *Phoen.* v. 1287. Alias οὐκέτ' εἶναι ἐν φάει, ſimplicius οὐκέτ' εἶναι, etiam in noſtra fabula de *mortuo* vſurpatur. Vid. *Suppl.* v. 200. In ſeq. verſ. poſt ὕπο ſupplendum eſt εἶναι: *fumoque ſignificaret vrbs, ſe ab hoſtibus eſſe captam*. *Abreſchius* mauult ἐσήμαν' h. e. ἐσήμαινε, quod exemplis caret in noſtro. Μόλοντ' ἐφ' ἑστίαν, qui ad focum tuum confugerat. Nouo alluſio ad violata hoſpitalitatis iura: ad ἑστίαν enim ſemper confugiebant hoſpites, quaſi opem implorantes a Diis ibi collocatis, id quod vel ex Vlyſſis peregrinationibus notum eſt.

V. 1201 - 1211. πρὸς τοῖσδε, praeter haec argumenta audi nouum, vt plane ſceleſtus adpareas. Addit ſignum ab argumento praeteriti temporis, aurum nimirum Polydori Graecis egentibus et a patrio ſolo remotis tradendum fuiſſe, ſi Achaeorum amicitiam venari voluiſſet. Ὃν φῂς οὐ σὸν, aurum, de quo tibi fatendum eſt, non tuum fuiſſe, ſed huic ereptum. Ineptas criminationes in *Euripidem* coniicit h. l. Scholiaſtes. Ἀπεξενωμένοις, quaſi hoſpites oberrantibus: ſtipendium enim nondum dabatur militibus, qui de praeda tantum viuebant. De Germanorum principibus notum eſt ex *Tacito*,

Σὺ δ' οὐδὲ νῦν πω σῆς ἀπαλλάξαι χερὸς
Τολμᾷς, ἔχων δὲ καρτερεῖς ἔτ' ἐν δόμοις.
Καὶ μὴν τρέφων μὲν, ὥς σε παῖδ' ἐχρῆν τρέφειν,
Σώσας τε τὸν ἐμὸν, εἶχες ἂν καλὸν κλέος.
Ἐν τοῖς κακοῖς γὰρ οἱ 'γαθοὶ σαφέστατοι
Φίλοι· τὰ χρηστὰ δ' αὔθ' ἕκαστ' ἔχει φίλους.
Εἰ δ' ἐσπάνιζες χρημάτων, ὁ δ' ηὐτύχει,
Θησαυρὸς ἄν σοι παῖς ὑπῆρχ' οὑμὸς μέγας·
Νῦν δ' οὔτ' ἐκεῖνον ἄνδρ' ἔχεις σαυτῷ φίλον,
Χρυσοῦ τ' ὄνησις οἴχεται, παῖδές τε σοὶ,
Αὐτός τε πράσσεις ὧδε. σοὶ δ' ἐγὼ λέγω,
Ἀγάμεμνον, εἰ τῷδ' ἀρκέσεις, κακὸς φανῇ.
Οὔτ' εὐσεβῆ γὰρ, οὔτε πιστὸν οἷς ἐχρῆν,

V. 1211. Sic *Brunck* ex membranis, et *Moſcouienſes*. Edd. ἀγαθοί.

Tacito, eos ſatellitibus ſuis nihil praeter epulas atque ſpolia dediſſe. V. 1206. Ne nunc quidem commoueri potes, τολμᾷς, aurum e manibus dimittere. V. 1208. ſq. Quodſi filium meum, prout debueras, educauiſſes, verae amicitiae gloriam tibi parauiſſes: nubilis enim temporibus veri amici agnoſcuntur certiſſimi: res ſecundae iam per ſe ipſas amicos parant.

V. 1212 - 1221. Noua rei amplificatio ab vtili amiſſo, contentione ſententiarum egregie pertractata. Si incolumis manſiſſet Polydorus, vti potuiſſes theſaurus ſuis, tutelae gloria honeſtatus: nunc autem omni ex parte inimicos tibi parauiſti, honore auroque amiſſis, liberis oculisque priuatus. Atque nunc, expoſitis omnibus, quae ad conuincendum facerent Polymeſtorem, nouis precibus ab iniuſto auxilio dehortatur Agamemnonem. V. 1219. ſq. εὐσεβὴς et ὅσιος de pietate erga Deos, πιστὸς, δίκαιος

Οὐχ ὅσιον, οὐ δίκαιον εὖ δράσεις ξένον·
Αὐτὸν δὲ χαίρειν τοῖς κακοῖς σε φήσομεν
Τοιοῦτον ὄντα· δεσπότας δ᾽ οὐ λοιδορῶ.
XOP. Φεῦ, φεῦ· βροτοῖσιν ὡς τὰ χρηστὰ πράγματα
Χρηστῶν ἀφορμὰς ἐνδίδωσ᾽ ἀεὶ λόγων.
ΑΓΑΜ. Ἀχθεινὰ μέν μοι τἀλλότρια κρίνειν κακά·
Ὅμως δ᾽ ἀνάγκη. καὶ γὰρ αἰσχύνην φέρει,
Πρᾶγμ᾽ ἐς χέρας λαβόντ᾽, ἀπώσασθαι τόδε.

Ἐμοὶ

V. 1222. Τὰ ᾽χρηστὰ h. e. ἄχρηστα maluit *Valcken.* ad Phoen. v. 207. ſenſu minus conueniente. Forſan etiam ſcribendum fuiſſet τἄχρηστα.

καιος de officiis erga homines obſeruandis adhibent, teſte *Platone* in Eutyphrone. Δίκαιος tamen omne officium genus continet. V. 1220. ſq. Quum malus ſit, qui malis fauet, ex effectis omnino argumentari deberemus. Δεσπότας δ᾽ οὐ λοιδορῶ, neque tamen ego vnquam conuiciari vellem dominis: qua re mitigat id, quod grauius eſſe poſſit a captiua in regem.

V. 1222 - 1226. Quia vera oratione rem explicauerat Hecuba, admiratur chorus animi ſui firmitatem: bonitas enim cauſae, χρηστὰ πράγματα, optimam ſui defendendi atque vincendi ſuggerit occaſionem. V. 1224. ſqq. Hos verſus ſeorſim pronunciat Agamemnon, indignabundus, quod huic liti ſe immiſcuerat adeoque dignitate ſua cogebatur eam diiudicare. Quamuis enim Hecuba de cauſae ſuae iuſtitia eſ perſuaſiſſet, inuitus tamen damnabat Polymeſtorem propter exercitum. Vide quae de infirmiore Agamemnonis ingenio ſupra notauimus ad v. 886.

Ἐμοὶ δ', ἵν' εἰδῇς, οὔτ' ἐμὴν δοκεῖς χάριν,
Οὔτ' οὖν Ἀχαιῶν, ἄνδρ' ἀποκτεῖναι ξένον,
Ἀλλ' ὡς ἔχῃς τὸν χρυσὸν ἐν δόμοισι σοῖς.
Λέγεις δὲ σαυτῷ πρόσφορ', ἐν κακοῖσιν ὤν.
Τάχ' οὖν παρ' ὑμῖν ῥᾴδιον ξενοκτονεῖν·
Ἡμῖν δέ γ' αἰσχρὸν τοῖσιν Ἕλλησιν τόδε.
Πῶς οὖν σε κρίνας μὴ 'δικεῖν, φύγω ψόγον;
Οὐκ ἂν δυναίμην. ἀλλ' ἐπεὶ τὰ μὴ καλὰ
Πράσσειν ἐτόλμας, τλῆθι καὶ τὰ μὴ φίλα.
ΠΟΛΥΜ. Οἴμοι, γυναικὸς, ὡς ἔοιχ', ἡσσώ-
μενος
Δούλης, ὑφέξω τοῖς κακίοσιν δίκην.

ΑΓΑΜ.

V. 1233. μὴ 'δικεῖν, *Kingius* et *Brunck*: poſcente ſimilem ſcripturam *Valckenario* ad Hippol. v. 996. Sed codd. quoad nouerim quidem omnes: ἀδικεῖν.

V. 1227 - 1233. Reiicitur fucata Polymeſtoris defenſio. Mihi quidem, ἵν' εἰδῇς, vt aperte tibi confitear, auaritia ſolum commotus hoſpitem interfeciſſe videris: quod faciens tu nunc ſpecioſis verbis tegere cupis. V. 1231. ſqq. Quum autem hoc ex noſtris legibus diiudicandum ſit, quae hoſpitum caedes quam maxime auerſantur et puniunt, in iuſtam incurrendum eſſet reprehenſionem, ſi te hac iniuria abſoluerem. Pungit autem iterum barbaros, quos nullam hoſpitalitatis rationem habere putat. V. 1235. Patere, quae non ſunt amica, cum commiſeris, quae non ſunt honeſta. Luditur in verbis τὰ μὴ καλὰ et τὰ μὴ φίλα. Tota phraſis expreſſa eſt ex *Aeſch.* Choeph. v. 930. vbi Oreſtes ad Clytaemneſtram animam vulnere efflantem: κάνες γ' ὃν οὐ χρῆν, καὶ τὸ μὴ χρεὼν πάθε.

V. 1235 - 1241. De dupliće malo conqueritur Polymeſtor,

ΑΓΑΜ. Ουκ8ν δικαίως, εἴπερ εἰργάσω κακά;
ΠΟΛΥΜ. Οιμοι τέκνων τῶνδ᾽, ὀμμάτων τ᾽ ἐμῶν,
τάλας.
ΕΚ. Αλγεῖς· τί δαί με παιδὸς ἐκ ἀλγεῖν δοκεῖς;
ΠΟΛΥΜ. Χαίρεις ὑβρίζ8σ᾽ εἰς ἔμ᾽, ὦ παν8ργε σύ.
ΕΚ. Ου γάρ με χαίρειν χρή, σε τιμωρ8μένην;

ΠΟΛΥΜ.

V. 1239. τῶν τέκνων, primus *Moſcou.* reliqui τῶν τ᾽.

V. 1240. Sic *Aldina*, *Musgraue* et *Moſcouienſes.* *Barneſiana* ed. δὲ, *Brunckiana* δὴ ex ingenio editoris, qui etiam cum *Aldina* interrogationis ſignum ponit poſt με.

ſtor, primum, quod inſidiis ſuperatus ſit a muliere: hoc vehementer dolet, quia ſolatium eſt, a forti hoſte, noua calamitas, ab ignauo periiſſe: deinde quod cum ſerua, coram rege ſibi amico in litem veniens, inferior diſcedere cogatur. Τρέχειν δίκην, poenam ſuſtinere, hic de vindicta iudicis auctoritate confirmata. Diſputare de eo, num haec omnia iuſto perpetiatur nec ne, hoc in praeſentia non attinuit ad Polymeſtorem: transit itaque poeta ad nouas exſecrationes et vaticinia Thracis, quibus fabulam feliciſſime poterat finire. V. 1239. ſq. Vlciſcendi iniuriam lubido, quae vel ex maleuola hacce Polymeſtoris illuſione elucet, ex vicini Orientis moribus et inculto iſtorum temporum ingenio diiudicanda eſt. Caedes non niſi caede, ſcelus non niſi alio ſcelere expiari poterat. Τί δαί, ex meo ſenſu παρέλκει et ob interrogationem ſolum praefixum videtur: *num autem filii cauſa me non dolere putas?* Πανοῦργος, ſenſu ex originatione deriuato, eſt induſtrius, callidus, qui quoduis efficere valet: ἔπειτα δὲ τοὺς ἀνθρώπους ἀνέπλακας, πανουργότατα ζῶα, *Lucian.* in Prometh. Poteſtate in malum deflexa, πανοῦργος eſt ſceleſtus, qui etiam a nefariis ſibi temperare nequit.

V. 1242 - 1248. Vltima pars fabulae ſpectatoribus pro-

cul

ANAGNOSTIRIO

ΠΟΛΥΜ. Ἀλλ' οὐ τάχ', ἡνίκ' ἄν σε ποντία νοτὶς —
ΕΚ. Μῶν ναυςολήσῃ γῆς ὅρους Ἑλληνίδος;
ΠΟΛΥΜ. Κρύψῃ μὲν οὖν πεσοῦσαν ἐκ καρχησίων.
ΕΚ. Πρὸς τοῦ βιαίων τυγχάνουσαν ἁλμάτων;
ΠΟΛΥΜ. Αὐτὴ πρὸς ἱςὸν ναὸς ἀμβήσῃ ποδί.
ΕΚ. Ὑποπτέροις νώτοισιν, ἢ ποίῳ τρόπῳ;

ΠΟΛΥΜ.

V. 1244. Sic *Brunck* et *Mvſcovienſes*. Edd. male Ἑλλάνιδος.

cui dubio fuerat gratiſſima: omnia enim iſta, quae ceu ex tripode pronuntiauerat miſerrimus Polymeſtor, vere euenerunt poſtea ex mythorum fide, et cuilibet erant notiſſima ex perpetua traditione et narratione poetica. Quapropter vſi ſunt hoc artificio quam frequentiſſime Tragici, quod vel vnico demonſtrare iuuat exemplo in *Oedip.* Col. v. 1372. ſqq. vbi rex luminibus priuatus fceleſtis fratribus, ſiue potius filiis ſimilem interitum vaticinatur. Accedit quod caeci vt Thamyris, Tireſias, Phineus aliique, maiori futuri temporis praeuidendi facultate inſtructi credebantur. Ποντία νοτὶς, fluctus marini: quod ridetur ab Hecuba, quae id ad nauigationem referebat. V. 1245. ſq. Καρχήσιον, extremitas mali circa antennam, interprete *Polluce:* propter ſimilitudinem figurae nota ſunt etiam pocula καρχήσια. Huic tamen vaticinio illudit Hecuba: ad mali enim extremitatem adſcendere, periculoſum ſane opus, hoc nullo modo fieri poſſe ei videbatur. V. 1247. ſq. Tu ipſa ſponte adſcendes malum: ſed haec etiam explicatio lepida et feſtiua videtur Hecubae, quapropter interrogat, num alae forſan tergo ſuo aptarentur. Κύων γενήσῃ, in canem transformaberis, igneos oculorum radios eiiciens. En vulgaris etiam apud nos ſuperſtitionis originem: nihil frequentius ex plebis opinione, lemuribus forma canina igneisque luminibus in ſepulcris aliisque locis ſuſpectis obambulantibus. De fabula ipſa vide ſis Excurſ. I.

ΠΟΛΥΜ. Κύων γενήσῃ πύρσ' ἔχουσα δέργματα.

ΕΚ. Πῶς δ' οἶσθα μορφῆς τῆς ἐμῆς μετάστασιν;

ΠΟΛΥΜ. Ὁ Θρῃξὶ μάντις εἶπε Διόνυσος τάδε.

ΕΚ. Σοὶ δ' οὐκ ἔχρησεν οὐδὲν ὧν ἔχεις κακῶν;

ΠΟΛΥΜ. Οὐ γάρ ποτ' ἂν σύ μ' εἷλες ὧδε σὺν δόλῳ.

ΕΚ. Θανοῦσα δ', ἢ ζῶσ' ἐνθάδ' ἐκπλήσω μόρον;

ΠΟΛΥΜ. Θανοῦσα· τύμβῳ δ' ὄνομα σῷ κεκλήσεται — —

ΕΚ.

V. 1250. Quatuor *Moſcouienſes* omittunt δ'.

V. 1254. ἐκπλήσω βίον coniunctum cum θανοῦσα ridiculi aliquid continere videtur *Musgrauio*, et cum ζῶσα tautologici, quapropter mutandum iudicat ἐ. πότμον. *Steinbrychel* malit χόλον, quod aeque alienum eſt. Vid. not.

V. 1255. σῷ tres MSS. apud *Musgrauium* et ſec. *Moſcou.* Vulgatam lectionem σὸν hiſtoriae aduerſari, credit doctiſſimus Anglus, cum nunquam Hecubae nomen tumulo inditum fuiſſet. Sed vid. not.

V. 1249 - 1257. Eludere Hecubam vaticinia Polymeſtoris, hoc etiam in his verſibus neminem fugiet: Pythagoricam autem de transmigratione animarum ſententiam tecte hic a poeta ſugillari, hoc quidem temere adfirmare non auſim. Dionyſii oraculum, ex quo ſe omnia haecce comperuiſſe ait Thrax, ex Scholiaſtae ſententia in Haemo monte erat ſitum, vbi Orphei in tabulis ſcripta adſeruata dicebantur, *Alceſt.* v. 966. ſq. Praeſtat forſan Pangaeum promontorium intelligere, in quo etiam Bacchus habebat μαντεῖον. Vid. *Herodot.* VII, 111. In ſequentibus tenendum eſt, Polymeſtorem vel oraculum de ſuo fato non conſuluiſſe, vel non edoctum eſſe ab eo de fortuna ſibi imminente: vbi enim ex praeſentibus rebus de futuri temporis euentibus nihil definire poterant callidi ſacerdotes, tunc vel ſilebant, vel ſummis ambiguitatibus

ΕΚ. Μορφῆς ἐπῳδὸν ἢ τι τῆς ἐμῆς ἐρεῖς;
ΠΟΛ. Κυνὸς ταλαίνης σῆμα, ναυτίλοις τέκμαρ.
ΕΚ. Οὐδὲν μέλει μοι, σοῦ γ' ἐμοὶ δόντος δίκην.

V. 1256. Aut ἢ τύχης legendum iudicat *Reiske*, *nomen, quod formae aut fortunae meae reſpondeat:* aut ἢ τὶ τῶν ἐμῶν. Sed vid. not.

tatibus inuoluebant vaticinia, quibus nunquam non euentus reſpondere debebant. V. 1254. Ἐκπλήσω βίον, exſiſtam, ero: *num adhuc viua, ſeu poſt mortem demum hanc transfigurationem in canem ſubibo?* Errauerunt, qui ſub formula, θανοῦσα ἐκπλήσω βίον, ineptias latere putauerunt. Quum enim ſermonem eſſe de mutatione in viuum, nec in exanimem canem, exiſtimet Hecuba, patet ſtatim, illam de vita ſua in cane, poſt hancce humanam, orationem ſerere. V. 1255. Quod *Musgrauius* ad reiiciendum lectionem noſtram profert, hiſtoriam repugnare, cum nunquam Hecubae nomen inditum fuiſſet tumulo, hoc infirmo admodum adſtat talo. Quum enim lapides, quibus in Cherſoneſo tumuli loco texerant Hecubam, amouerent Graeci, non humanum corpus, ſed caninum ibi repererunt; vltimum itaque, idque veriſſimum Hecubae nomen fuerat κύων, atque hoc nomine ſepulcrum eius etiam adpellabatur, Cynoſſema adhuc Melae temporibus adpellatum. Ναυτίλοις τέκμαρ, ſignum, prodigium nautis: ſpectant enim nauigantes ante omnia tumulos aliaque loca edita in promontoriis. Sed v. 1257. omnia iſta grauiſſima pericula contemnit Hecuba, vehementia irae et vltionis expleta.

V. 1258 - 1267. Ἀπέπτυσ' vt Hebraei מאמתי, exſecror: Deus hoc auerruncet! Οἰκουρὸς, domi quidem regnique cuſtos conſtituta a marito, ſed πικρά, ad ſummam Agamemnonis perniciem. V. 1263. πέλεκυν ἐξάρας ἄνω: eadem ratione occiditur Atrides apud *Sophocl.* μήτηρ δ' ἡ μὴ χὼ κοινολεχὴς

ΠΟΛ. Καὶ σήν γ᾽ ἀνάγκη παῖδα Κασάνδραν θανεῖν.
ΕΚ. Ἀπέπτυσ᾽· αὐτῷ ταῦτά σοι δίδωμ᾽ ἔχειν.
ΠΟΛ. Κτενεῖ νιν ἡ τοῦδ᾽ ἄλοχος οἰκουρὸς πικρά.
ΕΚ. Μή πω μανείη Τυνδαρὶς τοσόνδε παῖς.
ΠΟΛ. Καὐτόν δε τοῦτον, πέλεκυν ἐξάρασ᾽ ἄνω.

ΑΓΑΜ.

V. 1259. γ᾽ poſt σὴν omittunt codd. *Moſcou.* qua vocula etiam vix opus eſt. Sed mirum eſt, quantum interferendis particulis ſibi permiſerint librarii. Crediderunt nimirum homines male ſeduli et inepti, ſui eſſe, multos, quos crediderunt, hiatus explere et orationem ſtolida interpolatione emollire. Nec hodienum deſunt Critici, qui cuiuis, infauſtae licet, ſuſpicioni faueant eamque ſummis laudibus tollant, ſi modo quacunque eliſione particula ἂν, ſeu alia in textum intrudi poſſit. Scholiaſtes procul dubio legit σὴν γ᾽: habet enim in paraphraſi, ἀνάγκη δέ.

V. 1263. καὐτόν τε edd. vulg. quod omnino falſiſſimum iudicare debuerat *Brunckius.* Quam autem ipſe ex membr. recepit lectionem δὲ, hanc nos praeferre nullo modo poſſumus. Plane enim nulla intelligitur ratio, quare Polymeſtor ad Agamemnonem dirigere orationem poſſit atque debeat. Δὲ habuit *Kingius*, cod. apud *Brunckium* et tres *Moſcou.*

Αἰγισθος, ὅπως δ᾽ οὖν ὑλοτόμοι, σχίζουσι καρα φονίῳ πελέκει, *Electr.* v. 97. ſq. V. 1264. Viſne, vt pro hiſce imprecationibus tibi mala atque mortem parem? V. 1266. Vi extractum ex conſpectu mihi deducite eum, ſerui! Futurum hocce cum interrogatione negatiua coniunctum, ſeuerioris imperii locum explet: vid. *Iphig.* T. v. 1423. ſq. *Oedip.* T. v. 1154. *Aiax* v. 593. et 986. *Androm.* 1066. *Suppl.* 1104. V. 1268. ἐγκλείετ᾽, obturetis licet os meum: iam omnia dicta ſunt, quae animus volebat exaeſtuare.

ΑΓΑΜ. Οὗτος σὺ, μαίνῃ, καὶ κακῶν ἐρᾷς τυχεῖν;
ΠΟΛ. Κτεῖν', ὡς ἐν Ἄργει φόνια λουτρά σ' ἀναμένει.
ΑΓΑΜ. Οὐχ ἕλξετ' αὐτὸν, δμῶες, ἐκποδὼν βίᾳ;
ΠΟΛ. Ἀλγεῖς ἀκούων.
ΑΓΑΜ. Οὐκ ἐφέξετε στόμα;
ΠΟΛ. Ἐγκλείετ'· εἴρηται γάρ.
ΑΓΑΜ. Οὐχ ὅσον τάχος
Νήσων ἐρήμων αὐτὸν ἐκβαλεῖτέ που,
Ἐπείπερ οὕτω καὶ λίαν θρασυστομεῖ;
Ἑκάβη, σὺ δ', ὦ τάλαινα, διπτύχους νεκροὺς
Στείχουσα θάπτε· δεσποτῶν δ' ὑμᾶς χρεὼν
Σκηναῖς πελάζειν, Τρῳάδες. καὶ γὰρ πνοὰς
Πρὸς οἶκον ἤδη τάσδε πομπίμους ὁρῶ.

V. 1268. οὐχ ὅσον ed. *Barneſ.* quae etiam ποι v. f.

V. 1268 - 1279. Vltimum irati regis imperium, vt ſerui eiiciant Polymeſtorem in inſulam deſertam ob linguae incontinentiam. Poenae ratio nota fuit apud Graecos Romanosue. *Odyſſ.* XVIII. v. 84. Iro minantur proci, ſe in nauem nigram illum coniėcturos et ad crudelem Epiri regem, Echetum, miſſuros eſſe. Apud *Sue-tou.* Titus delatores et mandatores poenae loco *in aſperrimas inſularum auehi* iuſſit, c. 8. Atque nunc repente ſecundos ventos ſpirare ſentit Agamemnon, et reuerti iubet Hecubam, ſepultis liberis, ad remota paululum Achaeorum tentoria, vt defuncti his calamitatibus, ventis et patriae darent vela. Διπτύχους, vt ſupra pro δίσσους. Hanc praeclaram actionis conuerſionem ſumma

Ευ δ' ἐς πάτραν πλεύσαιμεν· εὖ δὲ τὰν δόμοις
Εχοντ' ἴδοιμεν, τῶνδ' ἀφειμένοι πόνων.
ΧΟΡ. Ιτε πρὸς λιμένας, σκηνάς τε, φίλαι,
Τῶν δεσποσύνων πειρασόμεναι
Μόχθων. στεῤῥὰ γὰρ ἀνάγκη.

V. 1279. *Cod. Moſcou. ſec.* hanc notam praefert in fine: στίχοι α σ π. h. e. 1280. Edd. *Brunckiana* habet 1281. v. *Barneſiana* 1295. v. Patet autem ex iis, quas melicis praeſertim verſibus ſubiecimus notis, quanta in libris manu exaratis inueniatur dimenſionis verſuum diuerſitas: quae omnia clare oſtendunt, veteres iam Scholiaſtas, rei metricae peritiſſimos, indubitatum verſuum ordinem plane ad liquidum conſtituere non potuiſſe.

ſumma erga iuſſum imperatoris obedientia ſequitur chorus, cuius eleganti epiphonemate, Tragicis ſolemni, vid. finis *Oedip.* Col. aptiſſime finitur fabula.

Τ Ε Λ Ο Σ

ΥΠΟΘΕ-

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Μετὰ τὴν Ἰλίου πολιορκίαν οἱ μὲν Ἕλληνες εἰς τὴν ἀντιπέραν Τρῳάδος Χεῤῥόνησον καθωρμίσθησαν. Ἀχιλλεὺς δὲ νυκτὸς ὁραθεὶς, σφαγῆναι ἠξίου μίαν τῶν Πριάμου θυγατέρων. οἱ μὲν οὖν Ἕλληνες τιμῶντες τὸν ἥρωα, Πολυξένην, ἀποσπάσαντες Ἑκάβης, ἐσφαγίασαν. Πολυμήστωρ δὲ, ὁ τῶν Θρακῶν βασιλεὺς, ἕνα τῶν Πριαμιδῶν Πολύδωρον κατέσφαξεν. εἰλήφει δὲ τοῦτον παρὰ τοῦ Πριάμου ὁ Πολυμήστωρ εἰς παρακαταθήκην μετὰ χρημάτων. Ἁλούσης δὲ τῆς πόλεως, κατασχεῖν αὐτοῦ βουλόμενος τὸν πλοῦτον, φονεύειν ὥρμησεν, καὶ φιλίας δυστυχοῦς ὠλιγώρησεν. ἐκριφέντος δὲ τοῦ σώματος εἰς τὴν θάλασσαν, τὸ κλυδώνιον πρὸς τὰς τῶν αἰχμαλωτίδων σκηνὰς αὐτὸν ἐξέβαλεν. Ἑκάβη δὲ τὸν νεκρὸν θεασαμένη ἐπέ-

γνω·

ANAGNOSTIRIO

γνῳ· κοινωσαμένη δὲ τὴν γνώμην Ἀγαμέμνονι, Πολυμήστορα σὺν τοῖς παισὶν αὐτȣ̃ ὡς ἑαυτὴν μετεπέμψατο, ὡς θησαυρȣ̀ς ἐν Ἰλίῳ μηνύσῃ αὐτῷ. παραγενομένῳ δὲ τȣ̀ς μὲν υἱȣ̀ς κατέσφαξεν· αὐτὸν δὲ τῶν ὀφθαλμῶν ἐστέρησεν. ἐπὶ δὲ τῶν Ἑλλήνων λέγȣσα, τὸν κατήγορον ἐνίκησεν. ἐκρίθη γὰρ ȣ̓κ ἄρχειν ὠμότητος, ἀλλ' ἀμύνασθαι τὸν κατάρξαντα.

EVRI-

ANAGNOSTIRIO

EVRIPIDIS HECVBA

EX LATINA

DOROTHEI CAMILLI

INTERPRETATIONE

QVAM

CORRECTIOREM ET EMENDATIOREM

RECVDENDAM CVRAVIT

EDITOR

ANAGNOSTIRIO

ANAGNOSTIRIO

ARGVMENTVM HECVBAE

Poſt expugnationem Troiae ſoluentes Graeci adpulerunt in oppoſitam Thraciae Cherhoneſum, cuius imperium obtinebat Polymeſtor: vbi vacuum etiam tumulum exſtruxerunt Achilli, in Troia iam ſepulto. Cum morati eſſent illinc dies nonnullos, vt res ſuas bene ordinarent, iamque ſoluturi eſſent, viſa Achillis vmbra ſuper ſepulcrum, continuit Achaeos a ſolutione: poſtulans praemium honorarium ſibi dari, filiam Priami Polyxenam, eam quae antea ei deſponſata fuerat a patre Priamo *), propter quam etiam interiit a Paride et Deiphobo ſagitta confoſſus, cum ſponſalia cum illo peracturus eſſet Priamus. Graeci itaque memores beneficiorum, quibus adfecti erant ab ipſo, et honorantes virtutem viri, decreuerunt immolandam Polyxenam ſuper tumulum herois. Miſerunt vero Vlyſſem Laertis filium ad matrem eius Hecubam, vtque puellam caperet et vafritie orationis (hac enim erat inſtructus) perſuaderet Hecubae, ne aegre ferret abductionem filiae. Cum itaque veniſſet Vlyſſes, reperit puellam adiutantem illum, ſed et perſuadentem matri, quod mori potius ei conueniret, quam viuere praeter dignitatem. Immolata deinde virgine, Hecuba ancillam ſuam miſit ad littora, vt aquam inde deferret ad lauacrum Polyxenae: inuenit autem Polydorum illic iacentem. Cum enim cognouit Polymeſtor captam Troiam, iugulatum illum proiecit in mare, vt ipſe haberet aurum, quod Priamus ad illum miſerat clam, non ita pridem cum Polydoro filio, cum cerneret Ilium ad peri-

*) *Famam hancce ex ſequiorum ſcriptorum commento ortam eſſe, videbis in Excurſ. I. ad hanc fabulam.*

periculum vergere. Erat autem magna auri copia, ad inſtaurandum adeo Priami genus ſufficiens. Cum itaque ancilla hunc reperit iacentem in litore, ſuſtollens et inuoluens peplo defert ad Hecubam. Illa exiſtimans hoc cadauer Polyxenae eſſe, antequam retegeretur, poſtquam cognouit, Polydorum eſſe, et miſera adfecta eſt, et vt Polymeſtorem vlciſceretur, tale quid excogitat. Communicata prius ſuper hac re ſententia cum Agamemnone, mittit ſuam ancillam ad Polymeſtorem, et ipſum et liberos adcerſens ad ſe, de re quadam neceſſaria cum illo collocutura. Hic itaque ignarus, quod Polydorus inuentus eſſet in littore et ſimul aliis quibusdam deceptus, cum liberis ad illam deuenit. Hecuba autem dicebat, ſe illum vocaſſe huius rei gratia, vt indicaret theſauros auri occultatos a ſe in Ilio. Introducit porro intra tentoria, dicens, quod alia nonnulla ei datura eſſet, quae exportaſſet e Troia. Intus autem occultata erat magna mulierum turba, cum quibus hunc ingreſſum Hecuba et oculis priuat et liberos illius iugulat. Diiudicante poſtea cauſas illorum Agamemnone, et Polymeſtore multa confingente de caede Polydori, vicit Hecuba, redarguens illum, quod auri cupiditate et non eorum, quae praetenderet, cauſa interfeciſſet filium, ſtipulatorem ſententiae nacta quoque Agamemnonem.

Actio huius fabulae ponitur in oppoſita Thraciae Cherrhoneſo: Chorus autem conſtituitur ex captiuis mulieribus Troianis, Hecubae opem ferentibus.

PERSONAE FABVLAE

POLYDORI vmbra.
HECVBA
CHORVS captiuarum Troadum.
POLYXENA
VLYSSES
TALTHYBIVS
ANCILLA Hecubae.
AGAMEMNON
POLYMESTOR

POLYDORI

POLYDORI vmbra.

Venio mortuorum latebram et tenebrarum portas
Relinquens, vbi Orcus a Diis ſeorſim habitatur,
Polydorus, ex Hecuba natus Ciſſeide,
Priamoque patre, qui me, poſtquam Phrygum ciuitatem
Periculum inuaſit, haſta ne cederet Graeca,
Metuens, clam emiſit e Troica terra
Polymeſtoris ad domum, Thracii hoſpitis,
Qui fertiliſſimam Cherrhoneſiam glebam
Seminat, equeſtrem populum moderans haſta.
Multum mecum auri emittit occulte
Pater, vt, ſi vnquam Ilii moenia caderent,
Superſtitibus eſſet liberis non penuria victus.
Minimus natu eram Priamidarum, quare etiam me ex terra
Clam emiſit: neque enim ferre arma,
Neque haſtam potis eram, puerili brachio.
Quamdiu igitur erecta ſtabant regionis propugnacula
Et turres inconcuſſae Troicae erant terrae
Hectorque frater meus, rem feliciter gerebat haſta,
Bene apud virum Thracem, patrium hoſpitem
Alimentis, quaſi ſurculus, creſcebam miſer,
Poſtquam autem Troia et Hectoris periit
Anima et paternus focus euerſus eſt,
Ipſe vero ad aram Deo ſacratam procumbit
Mactatus Achillis a filio ſanguinario,
Obtruncat me auri infelicem gratia
Hoſpes paternus: et quum occidiſſet in fluctum maris
Me abiecit, vt ipſe aurum in domo haberet.
Iaceo autem in littore, prius in pelagi aeſtu
Multis circuitibus fluctuum agitatus,
Indefletus, inſepultus. Nunc autem propter matrem charam
Hecubam proſilio, corpore derelicto meo,
Tertia iam luce in ſublimi volitans,
Quamdiu nimirum in terra hacce Cherrhoneſia
Mater mea infelix ex Troia adeſt.

Omnesque Graeci, naues tenentes, tranquilli
Sedent in littore huius Thraciae terrae.
Pelidae namque filius ſuper tumulum adparens
Continuit, Achilles, omnem exercitum Graecum,
Domum verſus dirigentes marinum remum.
Poſcit autem ſororem meam Polyxenam,
Tumulo caram victimam et honorarium capere:
Et adſequetur hoc, neque indonatus amicis
Erit a viris. Fatum autem fert
Mori ſororem meam hac ipſa die.
Duorum autem liberorum duo funera cernet
Mater, et meum et huius infelicis puellae.
Adparebo enim, vt ſepulchrum infelix adſequar,
Ancillae ante pedes in littoris arena.
Nam inferorum principes exoraui,
Vt tumulo potirer et in manus matris inciderem.
Meum itaque, quantum adſequi volebam,
Erit. Sed ab anu procul ſecedam
Hecuba: profert enim ipſa pedem ex tentorio
Agamemnonis, phantaſma extimeſcens meum.
Ah mater, quae ex regiis aedibus
Seruilem diem vidiſti, quam triſtem nunc degis vitam,
Felicem olim. Rependens te
Nunc perdit Deorum aliquis pro priſtina felicitate.

HECVBA

Ducite o puellae hanc foras,
Ducite, erigentes conſeruam
Nunc, o Troades, vobis antea reginam.
Adprehendite, ferte,
Deducite, attollite meum corpus,
Anilem manum corripientes.
Et ego incuruo ſcipione manus
Innitens, adcelerabo tardigradum
Greſſum articulorum promouens.

O ful-

O fulgur Iouis, o caliginoſa nox,
Quidnam noctu ſic excitor
Terroribus, ſpectris? O veneranda Tellus,
Nigras alas habentium mater ſomniorum,
Abominor nocturnam viſionem,
Quam de filio meo,
Qui vt ſeruaretur, in Thraciam confugit,
Et de Polyxena, cara
Filia, per ſomnia vidi.
Vidi enim terribilem viſionem,
Didici, intellexi.
O terreſtres Dii, ſeruate filium meum,
Qui ſolus adhuc, domus ancora meae,
Niualem Thraciam incolit
Hoſpitis paterni ſub tutela.
Sed noui quid exiſtet,
Veniet carmen quoddam lugubre luctuoſis.
Nunquam mens mea ſic indeſinenter
Horruit, tremuit.
Vbi quaeſo diuinam Heleni animam,
Aut Caſſandrae videam, o Troades,
Vt mihi interpretentur ſomnia?
Vidi enim variam ceruam,
Lupi cruento vngue mactatam,
Ex meis genibus auulſam per vim
Miſerabiliter. Et hoc terriculum mihi
Venit: ſupra ſummum tumuli verticem
Spectrum Achillis.
Poſcebat autem munus, calamitoſarum
Quandam Troadum.
A mea igitur, a mea hoc filia
Auertite Dii, ſupplico.

CHORVS.

Hecuba, feſtinans ad Te fugi,
Herilia tentoria deſerens

Vbi forte data et addicta ſum
Serua, a ciuitate abacta
Iliaca, haſtae cuſpide,
Haſta capta ab Achaeis,
Nihil calamitates adleuans,
Sed nuncii onus ſuſcipiens
Magnum, tibique o mulier, praeco dolorum.
Nam in Achaeorum pleno concilio
Fertur decretum eſſe, tuam filiam Achilli
Victimam fieri. Tumulo namque conſcenſo
Noſti, quod aureis adparuit cum armis,
Pontigradas autem retinuit rates
Vela rudentibus ſuffulta habentes
Haec clamans:
Quo iam Danai meum tumulum
Soluitis inhonoratum relinquentes?
Magnae vero contentionis murmurabat tempeſtas,
Sententia autem proceſſit bifariam in Graecorum
Exercitu bellicoſo: illis quidem, vt daretur
Tumulo victima, illis autem non videbatur.
Tuo quidem ſtudebat bono
Vatidicae Bacchae qui occupat
Thalamum, Agamemnon:
Theſidae vero, propago Athenarum,
Duplicis orationis auctores erant,
Sententia autem in vna conueniebant,
Achilleum tumulum coronandum eſſe
Sanguine tenero: Caſſandrae autem
Torum non dicebant Achilleae
Praeferendum vnquam haſtae.
Studia vero orationis controuerſae
Erant paria quodammodo, donec verſutus
Orator, ſuauiloquens, populo gratus
Vlyſſes perſuadet exercitui,
Ne optimum Graecorum omnium

Serui.

Seruiles propter victimas repellerent:
Ne quis diceret apud Proſerpinam
Stans ex mortuis,
Quod ingrati Danai erga Danaos
Pereuntes pro Graecis
Troiae ex campis deceſſerint.
Veniet itaque breui Vlyſſes
Pullum abſtracturus a tuis mammis
Exque anili manu ablaturus.
Quare adeas templa, adeas aras
Accide Agamemnonis ſupplex ad genua,
Aduoca Deos, tam coelites,
Quam inferos. Aut enim te preces
Prohibebunt orbam eſſe
Filia infelice, aut oportet te adſpicere
Ad tumulum procidentem cruentari
Sanguine virginem, ex aurifera
Ceruice latice nigricante.

HECVBA

Heu me miſeram, quidnam vociferabor?
Quam vocem, quem luctum?
Miſera ſum in miſera ſenecta
Et ſeruitute non toleranda,
Non ferenda. Vae mihi!
Quis defendit me, quae ſuboles?
Quae vero vrbs?
Exſtinctus eſt ſenex, exſtincti liberi:
Quam viam, hancce, illamue
Ingrediar? quonam pedem promouebo, quisnam deorum
Aut daemonum erit opitulator?
O mala adferentes Troades,
O mala adferentes nocumenta,
Exſtinxiſtis, perdidiſtis me. Non amplius mihi
Vita grata eſt in luce.

O calamitoſe duc me
Pes, duc me anum
Ad hanc aulam. O nata, o filia
Adflictiſſimae matris,
Egredere, egredere domo, audi matris
Vocem o filia, vt intelligas,
Qualem, qualem
Audio famam de tua vita.
POL. Eheu, mea mater, quid clamas? quid noui
Adnuntians, e domo velut auem me
Cum terrore huc euolare feciſti?
HEC. Heu mihi filia!
POL. Quae mala mihi ominaris, quae mala exordia?
HEC. Vae, vae tuae vitae!
POL. Eloquere, ne celes diu!
Metuo, metuo mater:
Quare iterum ingemiſcis!
HEC. O filia, filia miſerae matris!
POL. Quare ſic me adpellas?
HEC. Mactare te Argiuorum communis
Vrget ad tumulum ſententia
Pelidae, ſuboles!
POL. Heu mihi mater vt refers
Immenſa mala!
Indica mihi, indica mihi mater!
HEC. Eloquor, filia, ominoſos rumores.
Denunciant, Graecorum decretum eſſe
Suffragio de tua mihi vita.
POL. O grauia patiens, o omnino infelix
O miſerae mater vitae,
Qualem, qualem denuo tibi noxam infeſtiſſimam
Infandamque excitauit quiſpiam daemon!
Non poſthac tibi filia haec, non amplius ſane
Senectuti miſerae miſera conſeruiam.
Catulam enim me tanquam, aut montipaſtam

Vitu-

Vitulam miſera miſeram
Videbis manu abreptam
Tua, decollatamque Plutoni
Terrae miſſam ſub tenebras,
Vbi mortuos inter
Miſera iacebo.
Et te quidem, mater infelix
Deploro fletibus perquam luctuoſis.
Meam autem vitam, dedecus, perniciem
Non deploro. Nam mori mihi
Caſus melior contigit.

CHOR. Ecce Vlyſſes accedit celeri pede,
O Hecuba, nouum Tibi ſignificaturus verbum.

VL. O mulier, arbitror quidem, te ſcire exercitus ſen-
tentiam
Calculumque qui obtinuit: attamen dicam.
Decretum eſt Achaeis, filiam tuam, Polyxenam,
Mactare ad excelſum aggerem Achillei ſepulcri,
Nos vero comites et deductores puellae
Ordinant eſſe. Sacrificii vero praefectus
Sacerdosque conſtitutus eſt huius filius Achillis.
Scis igitur, quid facies, ne auellaris vi
Neque ad manuum certamen congrediaris mecum.
Cognoſce vires et praeſentiam malorum
Tuorum. Prudentis eſt, et in malis ſapere, quae
oportet.

HEC. Ah, ah, adeſt itaque certamen ingens,
Plenum vlulatibus, neque lacrymis vacuum.
Ego enim non mortua ſum, vbi me oportuerat mori:
Neque perdidit me Iupiter, nutrit autem, vt videam
Malis mala alia maiora, infelix ego.
Quod ſi licet ſeruis liberos
Non acerba, neque cor mordentia
Percontari, tibi quidem interrogari conuenit,
Nos autem audire oportet, quae quaerimus.

VL. Licet, interroga: tempus enim tibi non inuideo.
HEC. Scis, quando veniſti Ilii explorator,
Lacero amictu deformis: ab oculis autem
Caedis guttae tuam inrigabant barbam?
VL. Noui: non enim ſuperficiem pectoris attigit mei.
HEC. Agnouit vero Helena te, ſolique mihi nuntiauit?
VL. Meminimus in periculum venire magnum.
HEC. Attigiſti vero genua mea ſupplex?
VL. Adeo, vt peplo tuo manus mea inmoreretur.
HEC. Seruaui te igitur, emiſique ex terra?
VL. Adeo, vt nunc etiam adſpiciam lumen ſolis hocce.
HEC. Quid tum dicebas, cum ſeruus meus exſiſteres?
VL. Variae orationis commenta, ne mihi moriendum eſſet.
HEC. Annon itaque prauus argueris tuis ipſius conſiliis,
Qui ex me bona paſſus es, vt ipſe confiteris,
Facis vero nihil boni nobis, mali autem, quantum potes?
Ingratam veſtram progeniem, qui populares
Aemulamini honores: vtinam non cognoſcamini mihi!
Qui amicos laedere non curatis,
Si multitudini ad gratiam dicatis aliquid.
Sed quale ſophiſma praetexentes
Aduerſus hanc puellam calculum tulerunt mortis?
Num fatum illos induxit, homines interficere,
Ad tumulum, vbi boues mactare magis decet?
An interfectores rurſus occidere volens
Aduerſus hanc Achilles iure intendit caedem?
Sed nihil in illum haec commiſit mali:
Helenam illum petere conuenit ſepulchro victimam,
Illa enim perdidit ipſum, ad Troiam ducens.
Quod ſi captiuam conuenit aliquam ſelectam mori,
Pulchritudine excellentem, non noſtrum hoc:
Tyndaris enim forma praeſtantiſſima eſt,
Et iniuria quam nos, nihil minus inuenta eſt.

ANAGNOSTIRIO

Atque haec quidem ex iure tecum contendo:
Quae vero reddere conuenit te, repetente me,
Audi. Attigiſti meam, vt fateris, manum,
Et hanc ſenilem, accidens, genam:
Viciſſim tango tua haec eadem ego,
Et vt hac re mihi gratificeris, tibi ſupplico,
Ne meam filiam e manibus auellas,
Neque interficiatis: mortuorum ſatis eſt.
In hac me oblector, et obliuiſcor malorum,
Haec pro multis eſt mihi ſolatium,
Ciuitas, nutrix, ſcipio, dux vitae.
Non victores conuenit imperare per vim, quae non
conueniunt,
Neque felices, exiſtimare felices ſe forte perpetuo.
Nam et ego eram quondam, ſed nunc non ſum
amplius:
Sed omnem felicitatem dies vnica mihi abſtulit.
Quapropter, o carum mentum, reuerere me,
Miſerere: profectus vero ad Graecorum exercitum,
Intercede, quam inuidioſum ſit interficere
Feminas, quas primum non occidiſtis,
Ab aris auellentes, ſed miſerti eſtis.
Lex porro apud vos et liberis aequa,
Et ſeruis, de ſanguine conſtituta eſt.
Auctoritas tua, etiam ſi male dixerit,
Perſuadebit: oratio enim ab ingloriis profecta,
Et a celebribus eadem, non idem valet.

CHOR. Non eſt adeo rigida hominis natura,
Quae luctuum tuorum longorumque planctuum
Audiens fletus, non emittat lachrymam.

VL. O Hecuba, edoceri te patere, neque irata,
Eum, qui recta dicit, maleuolum exiſtimato mente
Ego quidem te, a qua felicitatem adeptus ſum,
Seruare promptus ſum, nec aliter dico.

Sed quae dixi coram omnibus, non negabo,
Troia capta, viro primario exercitus
Tuam filiam dandam, victimam depoſcenti.
Propter hoc enim mala ferunt multae reſpublicae,
Quando quiſpiam fortis et ſtrenuus exſiſtens vir,
Nihil aufert ignauis amplius.
Nobis autem Achilles dignus honore habetur, o mulier,
Qui mortuus eſt pro terra Graeca honeſtiſſime.
Necne turpe eſſet, viuente tanquam amico
Vti, mortuum autem non amplius colere?
Age, quidnam dicat quiſpiam, ſi qua rurſus adpareat
Exercitus et collectio, et hoſtium certamen?
Vtrum pugnabimus, aut vitae conſulemus,
Mortuum cernentes non honoratum?
Atqui mihi quidem viuenti in dies,
Etſi puſilla haberem, omnia vtique ſufficienter eſſent:
Sepulchrum vero cuperem honoratum
Meum conſpici: in longum enim hoc durat officium.
Quod vero miſeranda te pati narras, haec viciſſim a me audias:
Sunt apud nos non minus infelices
Vetulae mulieres atque ſenes, quam tu,
Et ſponſae praeſtantiſſimis ſponſis priuatae,
Quorum hic occulit corpora Idaeus puluis.
Perfer haec: nos vero, ſi male ſtatuimu
Honorare fortem, ſtultitiae rei erimus.
Barbari vero vos, neque amicos amicos
Exiſtimatis, neque iſtos, qui honeſte mortui ſunt
Admiramini: ſic vtique Graecia quidem victrix eſt,
Vos autem obduratis conſentanea veſtris conſiliis.

CHOR. Ah ah, ſeruitus ipſa quam miſera res eſt?
Perfert indigna, peruicta.

HEC.

HEC. O filia, mei quidem ſermones in aerem
Vani, fruſtra iactati ſunt de caede tui
Tu vero, ſi quid maiorem vim matre habes,
Adnitere, omnigenas et velut luſciniae os
Voces emittens, ne priueris vita.
Accide vero miſerabiliter huius Vlyſſis ad genua,
Et perſuade, habes vero argumentum, ſunt enim liberi
Et huic, tuam vt miſereatur fortunam.
POL. Video te, o Vlyſſes, dextram ſub veſte
Occultantem manum, et vultum retrorſum
Vertentem, ne tuum attingam mentum.
Bono animo ſis, effugiſti meum ſupplicem Iouem:
Nam ſequar te et neceſſitatis gratia,
Mori et exoptans: quod ſi nollem,
Ignaua viderer, et vitae cupidae mulier.
Quid enim me conuenit viuere, cui pater quidem erat rex
Phrygum omnium? hoc mihi initium vitae.
Deinde educabar ad ſpes amplas,
Regibus ſponſa, aemulationem non paruam nuptiarum
Habens, cuiusnam in domum et lares ventura eſſem.
Regina vero ego infelix Idaeis eram
Mulieribus, virginesque inter conſpicua,
Aequa deabus, praeter mortem ſolam.
Nunc vero ſum ſerua. Primum quidem hoc nomen
Mortem amare facit, inſuetum exiſtens:
Deinde forſitan dominos crudeles mentibus
Nanciſcerer, quorum me argento quis mercaretur,
Et Hectoris et aliorum multorum ſororem:
Qui me cogeret ad panificium in aedibus,
Triſtemque peragere vitam.

Verrereque domum, et radiis inſiſtere,
Lectos vero meos ſeruus emtus aliquis
Foedaret, regibus antea deſtinatos.
Neutiquam: amittam hoc oculorum liberum
Lumen, Plutoni addicens meum corpus.
Duc itaque me Vlyſſes, et necato me ducens:
Neque enim ſpei, neque cuiuſpiam opinionis video
Fiduciam apud nos, quod vitam vnquam felicem degere poſſem.
Mater, tu vero nobis nihil impedimento ſis
Dicendo, neque faciendo, conſule vero mihi
Mori, antequam turpia praeter dignitatem patiar.
Quicunque enim non conſueuit guſtare mala,
Fert quidem, ſed dolet, ceruicem ſubmittens iugo:
Mortuus autem eſſet longe fortunatior,
Quam viuens. Viuere enim non honeſte, ingens calamitas eſt.
CHOR. Vehemens nota, et inſignis inter mortales,
A bonis natum eſſe: magis ſed illuſtratur
Nobilitatis nomen, fortibus et dignis.
HEC. Honeſte quidem dixiſti filia, ſed huic honeſto
Moeror adeſt: quod ſi oportet Pelei
Beneficium fieri filio, et probrum effugere,
Vos, o Vlyſſes, hanc quidem non interficite,
Me vero ducentes ad pyram Achillis
Confodite, non parcite: ego peperi Paridem,
Qui filium Thetidis perdidit ſagittis feriens.
VL. Non te, o anus, occidere Achillis
Spectrum Graecos, ſed hanc poſtulauit.
HEC. At enim vos me cum filia vna occidite,
Et duplex potio ſanguinis fiet
Terrae, et mortuo haec expoſcenti.
VL. Satis puellae tuae mors, non adcumulanda
Alia in aliam: vtinam ne hanc quidem deberemus!
HEC. Ingens neceſſitas, filiae commori me.

VL. Qui? non enim noui, mihi dominos forte contigiſſe.
HEC. Qualis hedera quercui, ita huic inhaerebo.
VL. An non parebis iis, qui ſunt te prudentiores?
HEC. Hanc volens puellam non dimittam.
VL. Verum neque ego ipſam hanc abeo hic relinquens.
POL. O mater, audi me: et tu fili Laertis,
Concede parentibus merito concitatis.
Tu autem infelix cum victoribus ne pugnes.
Vis cadere ad ſolum, et trahi tuum
Senile corpus, per vim propulſa,
Et dedecorari a iuuenili brachio
Auulſa? quae tu nequaquam patiaris: indignum enim.
Sed o cara mihi mater, dulciſſimam manum
Da, et genam applica genae,
Quoniam nunquam in poſterum, ſed nunc poſtremum
Iubar orbemque ſolis adſpiciam.
Finem accipe iam mearum compellationum!
O mater, o genetrix, abeo iam ad inferos.
HEC. O filia: nos autem in lumine ſeruiemus.
POL. Expers ſponſi, nuptiarum expers, quas me adſequi oportebat.
HEC. Miſera tu o filia, infelix autem ego mulier.
POL. Illic vero apud inferos iacebo, procul a te.
HEC. Eheu quid agam? vbi finiam vitam?
POL. Serua moriar, patre exiſtens libero.
HEC. Nos vero, quinquaginta orbae iam liberis.
POL. Quid tibi ad Hectorem, aut ſenem dicam maritum?
HEC. Adnuncia, omnium infeliciſſimam me.
POL. O pectus, et vbera, quae me aluiſtis ſuauiter!
HEC. O intempeſtiuae filia miſerae fortunae!
POL. Vale o mater, vale dicas Caſſandrae a me!
HEC. Valeant alii, matri autem non eſt gaudium.
POL. Et apud bellicoſos Thraces Polydoro fratri.

ANAGNOSTIRIO

HEC. Si viuit modo, quod non credo: ſic omni modo
infelix ſum.
POL. Viuit, et moribundae oculos concludet tuos.
HEC. Mortua ſum ego, antequam moriar, prae malis.
POL. Deduc me o Vlyſſes, inuoluens caput peplis:
Nam antequam macter, contabui corde
Fletibus matris*, hanc inſuper tabefacio fletibus.
O lumen: adloqui enim tuum nomen mihi licet,
Copia vero nulla datur, niſi quantum temporis ad
gladium
Gradior interim, et pyram Achillis.
HEC. Heu me, deficio, ſoluuntur mihi artus.
O filia, prende matrem, cedo manum,
Da, ne deſeras me orbam: concidi, o amicae.
Vtinam ſic Lacaenam ſororem Caſtoris et Pollucis
Helenam viderem: pulchris enim oculis
Turpiſſime Troiam cepit fortunatam.

Strophe I.

CHOR. Aura, marina aura,
Quae pontigradas fers
Celeres naues per fluctus ſtagni,
Quo me miſeram vehes?
Cui ſerua ad domum
Addicta deueniam?
Aut Doricae ad littus terrae,
Aut Phtiadis? vbi pulcherrimarum
Aquarum patrem
Aiunt Apidanum,
Campos pinguefacere.

Antiſtrophe I.

Aut ad inſulam, marinis
Remis miſſam miſeram,

Miſe-

Miſeram vitam agentem domi,
Vbi primitiua palma,
Et laurus ſacros produxit
Ramos Latonae carae,
Partus refrigerium diuini,
Cum Deliacisque puellis
Artemidis deae
Auream pharetram
Arcusque canam?

Strophe II.

Aut Palladis in vrbe
Pulchrum currum habenti Mineruae,
In croceo peplo
Iungam currui pullos,
In artefactis diſtin-
guens florulentis ſericis?
Aut Titanum ſubolem,
Quam Iupiter candenti fulmine
Perdidit Saturnius?

Antiſtrophe II.

Eheu liberorum meorum,
Heu parentum, patriae-
que, quae fumo concidit
Exuſta, bello capta
Argiuis. Ego vero in
Peregrina terra iam vocabor
Serua, relinquens Aſiam
Europae famulam,
Permutans cum Plutone thalamos.
TAL. Vbi reginam olim exiſtentem Ilii,
Hecubam inueniam, o Troades puellae?
CHOR. Illa prope te tergum habens in terra

O Thalthybie iacet inuoluta peplis.

TAL. O Iupiter, quid dicam? vtrum homines te reſpicere,
Aut opinionem alias hanc habere fruſtra
Falſam, qui exiſtimant deorum eſſe genus?
Fortunam vero omnia quae apud mortales fiunt ad-
miniſtrare?
Annon haec fuit regina auro abundantium Phrygum?
Annon haec Priami locupletiſſimi vxor?
Et nunc ciuitas quidem tota ſubuerſa eſt haſta:
Ipſa vero ſerua anus, orba, in terra
Iacet, puluere commaculans infelix caput.
Eheu, ſenex quidem ſum, tamen mihi mori
Contingat potius, quam indigno circumueniar caſu
aliquo.
Surge o infelix, et ſublime
Latus ſuſtolle, et hoc omnino canum caput.

HEC. Ehem: quis hic corpus meum non ſinit
Iacere? quid moues me, quicunque es, adflictam?

TAL. Talthybius adſum, Danaidarum famulus publicus,
Agamemnone adcerſente te, o mulier.

HEC. O cariſſime, num vt et me ad ſepulchrum iugulent,
Secundum decretum Achaeorum veniſti? quam gra-
ta referres!
Feſtinemus, acceleremus, duc me o ſenex!

TAL. Tuam filiam mortuam vt ſepelias, o mulier,
Adſum, adcerſens te: mittunt autem me
Gemini et Atridae, et populus Achaicus.

HEC. Eheu quid ais? non ergo tanquam morituras
Adiiſti nos, ſed dicturus mala?
Periiſti o filia, a matre abrepta.
Nos autem orbae per te. Me miſeram,
Quomodo vero ipſam occidiſtis? num reuerentes?
Aut ad ſaeuitiam veniſtis, tanquam hoſtem, o ſenex,
Interficientes? dic, quamuis non dicturus grata!

TAL. Duplices me vis lachrymas parare, o mulier,

Tuae

ANAGNOSTIRIO

Tuae filiae commiſeratione: nunc etenim narrando mala,
Rigaro hos oculos: et ad ſepulchrum, quando periit.
Aderat quidem multitudo cuncta Achaici exercitus,
Frequens ante tumulum, tuae filiae ad caedem.
Comprehenſam autem Achillis filius Polyxenam manu
Conſtituit in ſummum tumulum, pone vero ego:
Et delecti Graecorum inclyti iuuenes,
Trepidationem tuae vitulae retenturi manibus ſuis,
Sequebantur. Repletum autem in manibus cum accepiſſet poculum,
Solide aureum, fundebat manu filius Achillis,
Libamina mortuo patri, innuit vero mihi,
Silentium Graecorum vniuerſo vt indicerem exercitui.
Et ego adſtans, proloquutus ſum in medium haec:
„Silete Graeci, taceat omnis populus,
Sile, tace!„ Tranquillam autem conſtitui turbam.
Ille autem dixit: o fili Pelei, pater meus,
Accipe libamina mea haec propitiabilia,
Mortuorum euocamina: adſis vero, vt bibas nigrum
Puellae illibatum ſanguinem, quem tibi donamus
Exercitusque et ego: propitius vero nobis ſis!
Solueque puppes, et retinacula
Nauium: da nobis et ſaluum ab Ilio
Reditum adeptis, omnes in patriam redire!
Tantum dixit, omnis autem adprecatus eſt exercitus.
Mox circum auratum gladium manubrio capiens,
Eduxit vagina: electis autem Argiuorum exercitus
Iuuenibus innuit, virginem vt apprehenderent.
At illa, vt ſenſit, hunc proloquuta eſt ſermonem:
O meam qui excidiſtis Argiui ciuitatem,
Lubens morior; ne quis attingat corpus
Meum! Porrigam collum cordate, intrepide.
Liberam vero me vt libera moriar,

Per deos quaeſo dimittentes occidite: apud manes
enim
Serua vocari, regina cum ſim, pudet me.
Turba vero admurmurauit, et Agamemnon rex
Iuſſit dimittere virginem iuuenes.
Illi vero quam primum audiuerunt ſupremam vocem,
Eius, penes quem et maximum erat imperium, di-
miſerunt.
Et illa poſtquam audiuit dominorum dictum,
Adprehendens peplos a ſumma ſcapula
Diſrupit ventrem ad medium vmbilico tenus,
Et mammillas oſtendit, et pectora tanquam ſtatuae,
Pulcherrima: et flectens ad terram genu,
Dixit omnium miſerrimum ſermonem.
Ecce, hoc ſi quidem pectus o iuuenis
Ferire cupis, ferito: ſi vero ſub ceruice
Malis, adeſt iugulum expromtum hoccine.
Hic vero et nolens et volens, et miſeratione puellae,
Secat enſe ſpiritus meatus.
Fontes vero ſanguinis manabant: haec vero iam mo-
riens, tamen
Magnam ſolicitudinem habuit, decenter vt caderet,
Et celaret, quae celare oculos virorum conuenit.
Cum vero amiſit ſpiritum laetali caede,
Nullus idem habuit Graecorum ſtudium.
Verum hi quidem ex ipſis mortuam eminus
Frondibus petebant: alii complent pyram,
Truncos adferentes pineos! Qui vero nihil ferebat,
Ab eo, qui ferebat, haec audiebat opprobria:
Ceſſas o ignauiſſime, puellae
Neque peplum neque ornamentum manu offerens?
Non vadis aliquid adlaturus cordatiſſimae,
Et generoſiſſimae? Huiusmodi de tua dicebant
Filia mortua, ſed optimorum liberorum te matrem,
Inter omnes mulieres infeliciſſimam cerno.

CHOR.

ANAGNOSTIRIO

CHOR. Saeua quaedam clades Priamidis ingruit,
Ciuitatique meae: deorum ex neceſſitate venit hoc
HEC. O filia, haud noui, ad quod reſpiciam malorum
Multis praeſentibus: ſi enim adtigero aliquod
Aliud non ſinit me, auocat vero inde rurſus
Dolor quis alius, ſucceſſor malorum in malis.
Et nunc tuam quidem ne deplorem cladem,
Haud queam detergere ex animo.
Nimium tamen moerorem abſtuliſti, nunciata mihi
Generoſa. Non ergo mirum, quod terra quidem mala,
Adepta temporis clementiam a deo, bonam ſegetem fert:
Bona autem, non adepta, quae conueniebat eam adipiſci,
Malum dat fructum: inter homines vero ſemper,
Malus, nihil aliud quam malus,
Bonus autem bonus: neque prae calamitate
Ingenium perdit, ſed probus eſt perpetuo.
Num ipſum parentes praeſtantem reddunt, aut educatio?
Praeſtat profecto quodammodo honeſta educatio
Doctrinam honeſti: illud vero ſi quis probe didicerit,
Nouit quoque turpidinem, diſciplina virtutem edoctus.
Et haec quidem mens eiaculata eſt fruſtra.
Sed tu vade, et dic Argiuis haec,
Ne adtingat meam quisquam, ſed prohibeant turbam
A filia. In infinito enim exercitu
Incoercita turba nauticaque licentia
Violentior igne: malus vero, qui mali nihil agit.
Tu porro ſumens ſitulam, vetula miniſtra,
Replens, fer huc, ponticam vndam,
Vt filiam lauaeris vltimis meam
Nuptam innuptam, et virginem non virginem,
Lauem, et proponam pro dignitate: vnde?

Non queam: vt tamen poſſum. Quid enim agam?
Ornamentumque congregans a captiuis
Quae mihi adſiſtrices haeccine intra tentoria
Habitant, ſi quaepiam recentes heros
Latens, habet quoddam furtum ex ſua propria domo.
O decora tectorum, et quondam beatae domus,
O plurima habens, et pulcherrima feliciſſime liberis
Priame, vetula et ego mater liberorum,
Quam ad nihilum recidimus, ſuperbia
Priſtina priuati! Adhuc tamen tumeſcimus,
Aliquis noſtrum ditibus in aedibus,
Alius in republica in pretio habitus:
Haec omnia nihil ſunt. Incaſſum curarum conſi-
lia ſunt,
Linguaeque faſtus. Ille porro feliciſſimus,
Cui in vita contigit nihil mali.

Strophe.

CHOR. Mihi in fatis fuit,
Mihi cladem neceſſe fuit fieri,
Idaeam quando primum ſiluam
Paris abiegnam
Incidit, marinos ſuper
Fluctus nauigaturus,
Helenae ad lectos, quam pul-
cherrimam auricomus Sol ſplendore illuſtrat.

Antiſtrophe.

Labores enim, et laboribus
Neceſſitates fortiores circumdant.
Commune namque ex priuata amentia
Malum Simoenticae terrae,
Pernicies contigit
Et calamitas ab aliis.

ANAGNOSTIRIO

Diiu-

Diiudicata namque eſt lis, quam in Ida
Iudicauit inter tres beatorum
Puellas vir bubulcus paſtor

Epodus.

Ad bellum et caedem, et meae
Domus excidium.
Ingemiſcit porro etiam aliquam circa
Latifluum Eurotam,
Lacaena lachrymoſa
Domi puella.
Canum et in caput mater
Liberorum mortuorum, iniicit
Manum, laceratque genas,
Cruentatum vnguem
Reddens dilacerationibus.

ANC.

O mulieres, Hecuba vbinam? illa prorſus miſera,
Ea quae omnes vincit viros, et foemineum genus,
Malis: nemo coronam ei praeripiet.
CHOR. Quid vero, o miſera, tua male ominoſa vociferatione?
Vt nunquam dormiunt triſtia tua indicia.
ANC. Hecubae offero hunc dolorem. In malis vero,
Non facile hominibus bene ominari ore.
CHOR. Atqui prodit a domo
Haeccine, opportune vero tuis adparet ſermonibus.
ANC. O prorſus miſera, et adhuc magis quam dicam,
Domina, periiſti, non amplius es cernens lumen.
Carens liberis, marito, ciuitate penitus perdita.
HEC. Nihil noui dicis, ſcientibus vero exprobraſti.
Sed quid? cadauer hoc mihi Polyxenae
Venis adportans, cuius renuntiata eſt ſepultura
Omnium Achaeorum manu ſtudioſe fieri?
ANC. Iſta nihil nouit, ſed mihi Polyxenam
Deflet, nouarum vero calamitatum nihil adtingit.

HEC. Heu me miſeram! num furioſum caput
Fatidicae huc Caſſandrae ſers?
ANC. Viuentem locuta es, mortuum vero non ingemis
Hunc. Sed inſpice corpus nudatum huius mortui:
Nam tibi adparebit mirum, et praeter ſpem.
HEC. Heu mihi, cerno iam filium meum mortuum,
Polydorum, quem mihi Thrax ſeruabat domi vir.
Perii infelix, non ſum amplius iam.
O fili, fili! heu, heu, incipio cantiones
Baccharum, ex inimico modo reſciſcens mala.
ANC. Agnouiſti exitium filii, o miſera tu?

Strophe I.

HEC. Incredibilia, incredibilia, noua, noua video.
Alia ab aliis
Mala malis contingunt.
Nunquam absque lachrymis,
Absque luctu,
Dies me offendet.
CHOR. Dira, o miſera, dira patimur mala.

Strophe II.

HEC. O fili, fili miſerae
Matris, quo fato moreris?
Quo caſu iaces?
A quo hominum proſtratus?
ANC. Neſcio, in litore inueni ipſum marino.
HEC. Eiectum, aut confoſſum cruenta haſta?
ANC. In arena petricoſa
Ponti, ipſum eiecit marinus aeſtus.

Strophe II.

HEC. Heu mihi, ah ah,
Intelligo ſomnium, oculorumque meorum

Viſio-

Viſionem: non me fefellit imago
Furua, quam vidi
De te o fili non ampli-
us exſiſtente Iouis in luce.

ANC. Quis enim illum occiderit nouiſti? conſcia ſomniorum, dic.

Strophe IV.

HEC. Meus hoſpes
Threicius eques,
Vbi ſenex pater
Collocarat ipſum occultans.

ANC. Heu mihi, quid ais? aurum vt haberet, poſtquam necaſſet?

HEC. Infanda, non nominanda, plus quam mira,
Neque pia, neque toleranda: vbi ius faſque hoſpitum?
Ah, exſecrate vir
Vt diſcerpſiſti
Corpus, ferreo
Scindens enſe
Membra huius pu-
eri, neque miſertus es.

CHORVS.

O infelix, quam te laborioſiſſimam mortalium
Deus effecit, quicunque eſt tibi infenſus!
Sed video enim ipſum regem
Agamemnonem: exinde taceamus o amicae.

AG. O Hecuba, quid cunctaris filiam tuam ſepelire
Veniens? Ex quo Talthybius indixit mihi,
Ne adtingat tuam quiſquam Graecorum filiam,
Nos utique deſinimus, neque adtingimus.
Tu vero cunctaris, vt admirer equidem.
Adſum vero miſſurus te: nam ea quae illic fieri poſſunt, bene
Peracta ſunt, ſi quid harum rerum bene eſt.
Hem! quem virum hunc in tentoriis cerno

ANAGNOSTIRIO

Mortuum Troianorum? neque enim Argiuum eſ-
ſe, pepli
Corpus inuoluentes adnunciant mihi.
HEC. Infelix (memet enim loquor, cum te loquor,)
Hecuba, quid faciam? vtrum accidam ad genua
Agamemnonis huius? aut ſufferam tacite mala mea?
AGAM. Quid mihi vultui tergum obuertens tuum
Lamentaris, rem ipſam autem non dicis, quis hic eſt?
HEC. Sed ſi me ſeruam hoſtemque exiſtimans
A genubus repellat, dolorem vtique addiderimus.
AGAM. Neutiquam ſum vates, vt non audiens
Cognoſcere queam tuorum viam conſiliorum.
HEC. Cur reputo vtique ad inimicitias
Potius mentes, ipſo exiſtente neutiquam inimico?
AGAM. Si quidem me vis harum nihil ſcire,
Ad idem venis: etenim nec ego audire volo.
HEC. Haud queam hoc abſque vindictam capere
De liberis meis: quid verſo haec?
Audere neceſſitas eſt, ſiue ad ſequar, ſiue non
adſequar.
Agamemnon ſupplico tibi haec per genua,
Et tuam barbam, dextramque felicem.
AGAM. Quid rei exoptans? num liberam
Vitam degere? facile ſane tibi eſt.
HEC. Minime, improbos ſed vlta,
Aeuum vniuerſum ſeruire volo.
AGAM. Et iam quid nos ad auxilium vocas?
HEC. Non quidquam horum quae tu exiſtimas, o rex.
Cernis cadauer hoc, ſupra quod ſtillo lachrymas?
AGAM. Video, ſed futurum non poſſum ſcire.
HEC. Hunc olim peperi, et tuli ſub cingulo.
AGAM. O infelix! quisnam eſt tuorum hic o miſera li-
berorum?
HEC. Non ex iis, qui mortui ſunt Priamides ſub Ilio.

AGAM.

AGAM. Anne quem alium peperiſti praeter illos, o mulier ?
HEC. Inutiliter ſane, vt adparet huncce, quem adſpicis.
AG. Vbi vero erat, cum periit ciuitas?
HEC. Pater ipſum emiſit, timens ne moreretur.
AG. Quo ab iis, qui tunc erant, ſeparans liberis ſolum?
HEC. Ad hanc regionem, vbi inuentus eſt mortuus.
AG. Ad virum, qui imperat huic Polymeſtorem regioni?
HEC. Huc miſſus eſt acerbiſſimi auri cuſtos.
AG. Mortuus eſt vero a quo? et adeptus quod fatum?
HEC. Quonam ab alio? Thracenſis ipſum occidit hoſpes.
AG. O infelix! nimirum aurum cupiit capere.
HEC. Sic eſt, poſtquam calamitatem cognouit Phrygum.
AG. Inueniſti vero vbi ipſum? aut quis adtulit mortuum?
HEC. Haeccine, nacta marino in littore.
AG. Hunc inquirens? aut agens aliud opus?
HEC. Lauacra abierat adlatura e mari Polyxenae.
AG. Quum interfecit ipſum, vt adparet, eiecit hoſpes?
HEC. Mari errabundum vtique ſic diſſecans corpus.
AG. O miſeranda tu, propter immenſos labores!
HEC. Perii, et nihil reliquum eſt Agamemnon mali.
AG. Eheu, quae perinde infauſta exſtitit mulier?
HEC. Nulla eſt, niſi infortunium ipſum diceres.
Sed quorum gratia amplector tua genua,
Audi. Si quidem aequa tibi pati videar,
Contenta ero vtique: ſi contra, tu mihi ſis
Vindex viri, impientiſſimi hoſpitis,
Qui neque inferos. neque ſuperos
Timens, patrauit facinus immaniſſimum.
Communem menſam ſaepe quod adeptus eſt mecum,
Hoſpitaliſque primas partes in ordine meorum amicorum.
Adeptus demum, quaecunque conueniebat, et nactus procurationem,

ANAGNOSTIRIO

Trucidauit: ſepulchro demum, quando occidere
ſtatuerat,
Non dignatus, ſed eiecit in mare.
Nos vtique et ſeruae et imbecilles pari modo:
Verum dii valentes ſunt, atque illis imperans
Lex. Lege namque deos cenſemus,
Et viuimus iniuſta atque iuſta finientes.
Quae ad te redacta ſi pereat,
Neque poenam dabunt qui hoſpites
Trucidant, aut deorum ſacra audent capere,
Non erit quidquam in rebus hominum aequabile.
Haec igitur pro vitio ducens, reuerere me,
Miſerere noſtri, velutique pictor, qui eminus ſtat,
Vide me, et contemplare qualia habeam mala.
Regina eram olim, ſed nunc tua ſerua:
Liberis fortunata olim, nunc anus, orbaque ſimul,
Carens vrbe, deſolata, miſerrima mortalium.
O me miſeram, quo mihi clam ſubducis pedem?
Videor nihil effectura, o me miſeram!
Cur nos mortales, caeteras quidem diſciplinas
Elaboramus omnes vt aequum eſt, et inquirimus:
Suadelam vero ſolam reginam inter homines
Non quidem praeter caeteras examuſſim ſtudemus,
Mercede data diſcere, vt liceat aliquando
Perſuadere, quae quis velit, adſequique ſimul.
Quomodo igitur poſthac ſperet quiſpiam ſe bene
acturum?
Illi quidem tot liberi, non amplius mihi,
Ipſa vero ad res turpes captiua abducor,
Fumum vero vrbis hunc video.
Atqui fortaſſe quidem haec orationis meae pars vana,
Venerem obiicere: ſed tamen dicetur.
Ad latus tuum filia mea dormit
Vates, quam vocant Caſſandram Phryges:
Vbi ſuaues iam noctes oſtendes, o rex,

ANAGNOSTIRIO

Aut

Aut in toro ſuauiſſimorum amplexuum
Gratiam quam feret filia mea? ex illa vero ego?
Ex tenebris enim nocturniſque complexibus,
Illecebriſque ſimul, inter homines ingens gratia.
Audi ſane nunc: mortuum hunc cernis?
Huic ſi bene feceris, adfini tuo,
Feceris probe. Vnius mihi oratio indigens adhuc ſum:
Vtinam mihi fieret ſonus in brachiis,
Et manibus, et capillis, et articulis pedum,
Vel Daedali arte, aut dei cuiuſpiam,
Vt cuncta ſimul amplecterentur tua genua,
Flentia, emittentia cum niſu omnigenos ſermones!
O domine, o maximum Graecis lumen,
Obtempera, praebe manum huic anui
Vltricem, etſi nihil ea eſt, ſed tamen porrige!
Probi enim viri officium eſt, et iuſtitiae inſeruire,
Et maleficos punire vbique ſemper.
CHOR. Mirum ſane eſt mortalibus, vt omnia accidant,
Et ipſas neceſſitates leges fatorum ſecernant,
Amicos reddentes modo inimiciſſimos,
Et inimicos eos, qui prius beneuoli, efficientes.
AG. Ego te et tuum filium, et fortunas tuas,
O Hecuba, miſereor, et manum ſupplicem:
Et volo deorumque gratia, impium hoſpitem,
Et iuſtitiae, hanc tibi dare poenam,
Si quo modo adparcam velle tibi bene:
Exercitui tamen ne videar Caſſandrae gratia
Thraciae regi hanc moliri caedem.
Eſt enim quatenus perturbatio incidit mihi:
Virum hunc amicum ducit exercitus,
Occiſum vero hoſtem. Quod ſi tibi charus
Hic eſt, priuatim hoc, nec pertinet ad exercitum.
Praeterea conſidera, te volentem quidem me habere,
Vt tibi opem feram, et promptum ad opitulandum:
Tardum vero, Graecis ſi criminabor.

HEC. Heu! non eſt mortalium qui ſit liber:
Aut pecuniae enim ſeruus eſt, aut fortunae,
Aut multitudo ciuium, aut legum ſcripta
Coercent ipſum, ne vtatur moribus ex arbitrio.
Quandoquidem vero metuis, et multitudini nimium tribuis,
Ego te reddam hoc liberum metu.
Conſcius ſis etenim, ſi quid moliar mali
Huic, hunc qui interfecit, adiutes vero nequaquam.
Si vero ex Achaeis ſit tumultus, aut auxilium
Patiente viro Thracenſe, qualia patietur,
Adparuerit quoddam, coerce, diſſimulans meam gratiam.
Caetera, bono animo ſis, cuncta ego conficiam probe.
AG. Quomodo nam? quid ages? vtrum manu gladium
Adripiens anili, virum barbarum interficies?
Aut venenis, aut auxilio quo?
Quae tibi aderit manus? vnde comparabis amicos?
HEC. Tecta occultant haec Troadum turbam.
AG. Captiuas dicis, Graecorum praedam?
HEC. Per has meum homicidam vltura ſum.
AG. Et quomodo mulieribus virorum erit robur?
HEC. Valida eſt multitudo, et cum dolo inexpugnabilis.
AG. Vehemens quidem, ſed ſane foemineum contemno genus.
HEC. Ecquid? an non mulieres interfecerunt Aegypti liberos?
Et Lemno funditus mares exterminarunt?
Sed vt fiat, hanc mihi relinque rationem.
Mitte vero mihi hanc tuto per exercitum
Mulierem, et tu Thracenſi accedens hoſpiti
Dic: vocat te regina olim Ilii,
Hecuba, tua vero non minus quam ſua gratia,
Et liberos: nam oportet et liberos ſcire ſermones,

Quos

Quos illa dicet. Sed modo caeſae
Polyxenae differ Agamemnon ſepulturam;
Vt ſoror atque frater prope vno eodemque rogo,
Duplici ſollicitudine parenti condantur humo.
AG. Erunt haec ſic: etenim ſi eſſet exercitui
Nauigatio, non potuiſſem hanc tibi dare gratiam.
Nunc vero, non etenim mittit ſecundos ventos deus,
Manere oportet, nauigationem exſpectantes tranquillam.
Bene eueniat autem! Omnibus enim hoc intereſt,
Priuatimque ſingulis, et reipublicae, malum quidem
Mali quid pati: bonum vero, bona fortuna vti.

Strophe I.

CHOR. Tu quidem, o patria Iliaca
Inexpugnabilis ciuitas
Non poſthac vocaberis: talis Grae-
corum nubes te circumfudit
Haſta certe, haſta depopulans.
Abraſa vero coronam es
Turrium, etiam fuliginis
Nigrore miſerabili imbuta
Miſera, poſthac non in te incēdam.

Antiſtrophe I.

Media nocte, perii,
Quando a coena ſomnus
Suauis in oculos ſpargitur:
A choris autem, et laetificis
Conuiuiis deſinens
Maritus, in thalamis cubabat.
(Haſta vero in paxillo,)
Nauticam non amplius cernens turbam
Troiam Iliacam obire.

Strophe II.

Ego vero capillos reuinctis
Strophiis componebam,
Aureorum ſpeculorum
Cernens rotundos in ſplendores,
Prona vt ruerem in cubile.
Tunc tumultus oritur per ciuitatem;
Vociferatio vero per vrbem Troiae erat
Haec: o filii Graecorum quando,
Quando Iliacam arcem
Depopulantes, redibitis domum?

Antiſtrophe II.

Lectos ibi caros vna induta tunica
Relinquens Dorica vt puella,
Venerandam accedens
Nihil profeci Dianam infelix.
Ducor autem interfectum cernens maritum
Meum, marinum per pelagus.
Ciuitatem a longo reſpectans, poſtquam
Reducem nauis mouit pedem,
Et me a terra ſecreuit Iliaca,
Miſera, concidi dolore.

Epodus.

Caſtoris et Pollucis Helenam ſororem ἰ
Idaeumque paſtorem
Damnoſum Parim
Execrationi dans, quoniam me
Terra ex patria perdidit.
Expulerunt me domo nuptiae, non nuptiae;
Sed daemonis quaedam calamitas.

ANAGNOSTIRIO

Quam neque pelagus marinum
Reducat domum,
Neque patrias perueniat ad aedes!
POL. O cariſſime virorum Priame, cariſſima porro tu
Hecuba, illachrymo te adſpiciens, ciuitatemque tuam,
Et modo interemtam filiam tuam.
Heu non eſt quicquam fidum, neque gloria,
Neque porro bene agentem, non agere male:
Miſcent ſed ea dii antrorſum et retrorſum,
Tumultu concitato, vt inſcitia.
Colamus eos. Sed haec quidem quid conuenit
Lamentari, proficientia nihil ad anteacta mala?
Tu vero ſi quid adcuſas meam abſentiam,
Contineto: abſui enim in mediis Thraciae finibus,
Quando tu huc veniſti: ſed poſtquam adueni,
Iam pedem extra limen ferentem,
Me conuenit haec ancilla tua,
Dicens ſermones, quos audiens ad te veni.
HEC. Erubeſco te intueri ex aduerſo
Polymeſtor, in huiusmodi conſtituta malis.
Tibi enim cui viſa ſum beata, pudor me habet,
In hoc fato cum ſim, vbi nunc ſum,
Neque queam intueri te rectis oculis.
Sed hoc ipſum ne maleuolentiam exiſtimes tui
Polymeſtor: alias porro cauſa quaedam et lex eſt,
Matronae viros ne adſpiciant ex aduerſo.
POL. Et mirum ſane nullum. Sed quae cauſa tibi mei?
Propter quam rem adcerſiuiſti meum e domo pedem?
HEC. Priuatum mearum rerum ſane quiddam ad te volo
Et filios dicere tuos: ſed adſeclas mihi
Seorſum iube ab his ſecedere aedibus.
POL. Diſcedite: in tuto enim haec ſolitudo.
Amica quidem nobis tu, beneficus praeterea mihi hic
Exercitus Graecorum. Sed indicare te conuenit,

ANAGNOSTIRIO

Quid oportet me felicem, calamitoſis bene
Amicis facere. Nam paratus ſum ego.
HEC. Primum quidem dicito, filium, quem ex mea manu
Polydorum, et ex patris, domi habes,
An viuat? caetera ſecundo loco te interrogabo.
POL. Maxime: ex illa quidem parte bene tecum agitur.
HEC. O chariſſime, quam bene et digne te loqueris!
POL. Quid deinde vis ſecundo loco diſcere ex me?
HEC. An parentis ſuae memor ſit quiddam mei?
POL. Quin huc ad te clanculum volebat venire.
HEC. Aurum autem valet, quod venit ex Troia habens?
POL. Saluum domi meae cuſtoditum.
HEC. Serua porro ipſum, neque concupiſce proximorum quae ſunt.
POL. Minime; ſufficit mihi praeſentium vſus.
HEC. Scin ergo quae dicere volo tibique et liberis?
POL. Haud ſcio: tuo iſtuc indicabis ſermone.
HEC. Sit dilectus, vt tu nunc mihi diligeris.
POL. Quid rei eſt, quod et me et liberos ſcire conuenit?
HEC. Auri antiquae Priamidarum defoſſiones.
POL. Haec ſunt quae vis filio dici tuo?
HEC. Maxime, per te vtique: es enim pius vir.
POL. Quid porro horum liberorum neceſſe eſt praeſentia?
HEC. Praeſtat, ſi tu moriaris, hos ſcire.
POL. Bene dixiſti, hac ratione: et conſultius.
HEC. Scis igitur Mineruae Iliacae vbi tecta?
POL. Illic aurum eſt? ſed quod ſignum?
HEC. Nigra petra, tellure prominens ſumma.
POL. Adhuc igitur aliquid vis illarum rerum, quae illic ſunt, dicere mihi?
HEC. Seruare te volo pecunias, quas extuli.
POL. Vbinam? peplos intra, aut occultans habes?
HEC. Spoliorum in aceruo hiſce ſeruantur tectis.
POL. Vbinam? nam haec ſunt Graecorum nautica ſepta.
HEC. Seorſim mulieribus captiuis tecta ſunt.

POL. Intus vero fida ſunt, et virorum ſolitudo?
HEC. Nullus Graecorum intus, ſed nos ſolae.
Sed i intro: namque Graeci nauium
Soluere deſiderant domum verſus ex Troia pedem,
Vt, vbi peregeris, quae te oportet, redeas retro
Cum liberis, vbi meum collocaſti filium.
SEM. Nondum dediſti, ſed fortaſſe dabis poenam:
Importuoſum quiſpiam
Veluti in pelagus incidens obliquus
Priuaberis charo corde,
Amiſſa vita.
Hoc enim, quod oppignoratum eſt
Iuſtitiae et diis, non intercidit,
Peſtiferum peſtiferum malum.
Fallet te viae huius ſpes, quae te adduxit
Letalem ad Plutonem, o miſer:
Imbelli autem manu relinques vitam.
POL. Heu mihi, excaecor, orbor lumine oculorum miſer.
SEM. Amicae, audiuiſtis viri ploratum?
POL. Heu mihi iterum atque iterum, o filii, propter infelicem caedem!
SEM. Charae, confecta ſunt noua intus mala.
POL. Sed neutiquam effugeritis celeri pede,
Feriens enim aedium harum perrupero angulos.
SEM. Ecce e forti manu vibratur telum.
Vultis irruamus? nam opportunitas vocat,
Hecubae vt adſimus auxiliatrices, et Troadibus.
HEC. Percute, parce nihil, eruens portans:
Neque enim vnquam ſplendidum lumen immittes oculis,
Neque filios videbis, viuentes, quos interfeci ego.
SEM. Num viciſti Thracem, et potita hoſpite es,
O domina, et patraſti, qualia narras?
HEC. Videbis ipſum mox, exſiſtentem domum extra

Caecum, caeco incedentem errabundo pede,
Liberorum et duorum corpora, quos interfeci ego,
Cum fortiſſimis Troadibus: poenam namque mihi
Dedit, prodit vero, vt cernis, hic e domo.
Sed eminus abeo, et receſſero
Ira fluente a Thracenſe inſuperabili.
POL. Heu mihi!
Quo eam? vbi conſiſtam, quo adpellam?
Quadrupedis gradum belluae montanae
Firmans, per manum preſſis veſtigiis? Qua via,
Aut hac aut illa alternauero,
Viricidas comprehendere quaerens
Iliadas, quae me perdiderunt?
Sceleſtae, ſceleſtae puellae Troianae.
Io io execratae: in quosnam me timidae
Fugitant receſſus?
Vtinam mihi oculorum ſanguinolentas palpebras
Medeare medeare, caecum o Sol
Lumen adimens!
At, at, ſile, ſile! occultum greſſum ſentio
Harum mulierum.
Quo pedem ciens, carnibus oſſibus-
que implear? epulum immanium belluarum
Faciens, ſumens poenam
Poenae vindictam meae. Io miſer,
Quo, quo ferar, liberos deſertos relinquens
Bacchis Plutonis dilacerandos,
Caedem et canibus cruentam,
Dapes impias, montanamque eiectionem?
Vbi conſiſtam? quo me vertam? quo eam?
Nauis veluti marinis rudentibus
Lintea vela contrahens
Ad iſtam concitatus ſum
Liberorum meorum cuſtos
Perniciosam latebram.

CHOR.

CHOR. O infelix, quam in te intolerabilia patrata ſunt mala!
Sed cum peregeris turpia, graues poenas
Deus dedit, quicunque eſt tibi grauis et infenſus.
POL. Ah ah: Io Thraciae
Haſtifera armata
Equis valens, Marti obnoxia gens!
Io Achiui, Io Atridae!
Clamorem clamorem tollo, clamorem
Ite ite: adeſte per deos quaeſo!
Audit quis? aut nemo opem feret? quid cunctamini?
Foeminae perdiderunt me,
Foeminae captiuae:
Grauia, grauia paſſi ſumus.
Heu mihi, meae cladis,
Quo vertam me? quo eam
Aetherem pervolans coeleſtem?
Sublime ad atrium, Orion
Aut Sirius vbi ignis micantes
Emittit ab oculis radios?
Aut ad Plutonis furuum
Portum ruam miſer?
CHOR. Venia danda, cum quis mala, quam ferre queat, duriora
Patiens cupit, miſera diſcedere e vita.
AG. Clamore audito veni: non enim tacita
Petrae montanae filia ſonuit per exercitum,
Echo, edens tumultum. Niſi Phrygum
Turres cecidiſſe ſciremus Graecorum haſta,
Timorem exhibuiſſet non mediocrem hic ſtrepitus.
POL. O cariſſime, ſenſi namque o Agamemnon tua
Voce audita, cernis, quae patimur?
AG. Hem Polymeſtor, o infelix, quis te perdidit?
Quis oculum fecit caecum, cruentans genas?
Filios et hos interfecit? profecto magnam iram

Contra

Contra te et filios habuit, quicunque is fuit.
POL. Hecuba me cum mulieribus captiuis
Perdidit: nec perdidit, ſed amplius etiam.
AG. Quid ais? tu facinus patraſti hoc, vt narrat?
Tu audaciam, o Hecuba, iſtam auſa es immenſam?
POL. Hei mihi, quid ais? anne prope eſt alicubi?
Indica, dic vbi ſit, vt abreptam manibus
Dilacerem, et cruentem corpus.
AG. Heus tu, quid furis? POL. Per deos te precor,
Sine me iniicere huic furentem manum.
AG. Contine te, eiiciens porro e corde iſtam barbariem?
Dic, vt audiens teque et hanc viciſſim,
Iudicem iuſte, quamobrem patiaris haec.
POL. Dicam ſane. Erat quiſpiam Priamidarum minimus natu
Polydorus Hecubae filius, quem ex Troia mihi
Pater dat Priamus domi alendum,
Suſpicans iam de Troiae excidio.
Hunc interfeci: quamobrem vero interfecerim ipſum,
Audi, quam bene, et prudenti prouidentia.
Timui, ne tibi hoſtis relictus hic puer,
Troiam congregaret, et conſtitueret denuo:
Cum cognouiſſent vero Achiui viuentem ex Priamidis aliquem,
Phrygum ad terram iterum tollerent claſſem,
Et deinde Thraciae campos vaſtarent hos,
Praedam agentes, vicinis vero eſſet malum
Troianorum, in quo nunc, o rex, laboramus.
Hecuba porro filii cum cognouiſſet letale fatum,
Dolo me huiusmodi duxit, tanquam occultata
Reconditoria indicatura Priamidum ſub Ilio
Auri: ſolum vero cum liberis me introducit
In domum, vt alius nemo ſciret iſta.
Sedeo porro lectica in media curuato genu:
Multae vero manus, hae quidem ad ſiniſtram,

Aliae

Aliae vero illinc, tanquam apud amicum, Troianorum puellae
Sedebant, tractantes radium Edonicae manus.
Laudabant vero ad ſplendorem ſolis cernentes hoſce peplos.
Aliae haſtile Threicium conſiderantes,
Nudum me reddiderunt duplici ornamento.
Quotquot porro genitrices erant, admirantes
Liberos in manibus librabant, vt procul a patre
Eſſent, ſucceſſionibus alternantes manuum.
Et deinde ex amicis colloquiis mirifice,
Statim adreptis ſpiculis ex peplis alicunde,
Fodiunt pueros: aliae vero hoſtium more
Corripientes meas continebant manus,
Et membra. Filiis vero opem ferre cupiens,
Si quando vultum attollebam meum,
Capillo retinebant: ſi vero mouerem manus,
Prae multitudine mulierum nihil proficiebam miſer.
Supremum deinde malum, plus quam malum,
Confecerunt mirum in modum: nam meorum oculorum
Acubus correptis has infelices pupillas
Fodiunt, cruentant, deinde per tecta
Diffugiunt. Exſiliens vero ego,
Beſtia velut perſequor cruentas canes,
Omnem perluſtrans parietem, tanquam venator
Feriens, concutiens. Haecque tuam venans gratiam
Paſſus ſum, et hoſtem tuum interficiens,
O Agamemnon. Vt vero non longos extendam ſermones,
Si quis mulieribus ex priſcis maledixit,
Aut nunc maledicens eſt quis, aut dicturus eſt in poſterum,
Omnia iſta abbreuians ego dicam.
Genus etenim neque pontus neque terra alit

Tale: hic vero nouit, qui conuerſatur ſemper.
CHOR. Ne inſolenter quod dicas, neque ex tuis ipſius malis
Femineum aeſtimans ſic omne incuſes genus.
Multae enim ex nobis, aliae quidem ſunt laudabiles,
Aliae vero ad numerum malarum natae ſumus.
HEC. O Agamemnon, hominibus non conueniret vnquam
Factis linguam valere plus.
Sed ſiue proba egit, proba oportebat loqui:
Siue rurſum mala, dicta eſſe putida:
Neque poſſe ea quae iniuſta ſunt, bene diſſerere vnquam,
Atqui ſapientes ſunt, qui haec diligenter perdiſcunt.
Sed non poſſunt perpetuo eſſe ſapientes.
Male vero perierunt, neque quiſpiam effugit adhuc,
Et mihi, quod ad te quidem attinet, ſic in prooemiis habet.
Ad hunc vero eo, et verbis reſpondeo.
Quomodo ais, Graecorum laborem minuens duplicem,
Agamemnoniſque gratia filium meum occidiſſe?
At o peſſume, primum nunquam amicum
Barbarum genus Graecis fuerit,
Neque ſane queat. Cui porro ſtudens officio
Promtus eras? vtrum adfinem facturus aliquem,
Aut cognatus exiſtens, aut quod argumentum habens?
Aut tuae futuri erant terrae exſcindere germina,
Renauigantes? cui exiſtimas perſuaſurum te haec?
Aurum, ſi velis vera loqui,
Interfecit meum filium, et cupiditas tua:
Quandoquidem doce iſtud, quomodo, quando incolumis erat
Troia, et complectebatur turris adhuc ciuitatem,
Viuebatque Priamus, Hectoriſque florebat haſta,

Ecquid

Ecquid non tum; ſi huic voluiſſes gratiam
Facere, alens filium, et domi habens
Interfeciſti? aut viuum veniſti Argiuis adducens?
Sed poſtquam nos non amplius eramus in luce,
Fumusque ſignificabat, vrbem ſub hoſtibus eſſe,
Hoſpitem interfeciſti, tuo profectum ad lares.
Praeterea nunc auſculta, vt videaris omnino malus.
Oportuit te, ſiquidem eras Achiuis beneuolus,
Aurum, quod fateris non tuum, ſed huius gratia
habere,
Dare adferentem et egentibus, et tempore
Longo a patria terra peregre verſantibus.
Tu vero ne adhuc quidem diſcedere e manu
Pateris, ſed perpetuo contines adhuc in aedibus.
Atqui alens quidem, vt te meum filium conueniebat
alere,
Et ſeruans meum, inclytam gloriam habuiſſes.
In rebus aduerſis enim boni maxime adparent
Amici: res felices porro ſingulae habent ſuos amicos.
Si eguiſſes pecuniis, hic vero floruiſſet,
Theſaurus vtique tibi filius extitiſſet meus ingens.
Nunc vero neque virum illum tibi habes amicum,
Aurique fruitio perit: et filii tui,
Et ipſe, ſic agis: Tibi vero edico,
Agamemnon, ſi hunc iuuabis, malus videberis.
Neque enim pio, neque fido, quibus conueniebat,
Non ſancto, non aeque benefacies hoſpiti.
Quin te ipſum gaudere improbis dicemus,
Improbum exiſtentem: heris tamen non conuitior.
CHOR. Papae: hominibus vt bona cauſa
Bonae occaſionem praebet ſemper orationis?
AG. Graue quidem mihi aliena iudicare mala.
Sed tamen neceſſe: namque dedecus foret,
Negotium in manus me cum accepiſſem, reiice-
re hoc.

Mihi vero, vt ſcias, neque mea videris gratia,
Imo neque Graecorum interfeciſſe hoſpitem,
Sed vt haberes aurum in aedibus tuis.
Loqueris vero tibi quae conducunt, in malis exſiſtens.
Fortaſſe itaque apud vos leue eſt hoſpitem trucidare,
Nobis vero turpe iſtis Graecis hoc.
Quomodo igitur, te ſi iudicauero non iniurium fuiſſe, effugiam probrum?
Non queam: ſed poſtquam quae honeſta non ſunt
Patrare auſus es, patere et quae non placent.
POL. Hei mihi! a muliere, vt adparet, victus,
Serua, deterioribus ſupplicium dabo.
AG. Nimirum iuſte, quandoquidem patraſti mala.
POL. Hei mihi, liberorum meorum, oculorumque meorum, miſera.
HEC. Doles? ecquid me ob filium non dolere exſiſtimas?
POL. Gaudes inſultans mihi, o ſceleſta tu?
HEC. Annon me gaudere conuenit, te vltam?
POL. Sed non fortaſſe, cum te pontica aqua
HEC. Num naue vehet terrae ad fines Graecanicae?
POL. Occultabit quidem lapſam ab antennis.
HEC. A quo violentos adeptam ſaltus?
POL. Ipſa ad malum nauis adſcendes pede.
HEC. Alatis humeris? aut quonam modo?
POL. Canis fies, ignitos habens oculos.
HEC. Quomodo ſcis formae meae transmutationem?
POL. Apud Thracenſes vates praedixit Dionyſius haec.
HEC. Tibi vero non praedixit quicquam de malis, quae habes?
POL. Non enim vnquam tu me cepiſſes ſic cum dolo.
HEC. Mortua vero, aut viua hic explebo vitam?
POL. Defuncta, tumulo vero nomen tuum indetur.
HEC. A forma cognominatum, aut quid de me dicis?
POL. Canis miſerae ſepulchrum, nautis ſignum.

HEC. Nihil curae eſt mihi, te mihi modo dante ſupplicium.
POL. Quin tuam neceſſe eſt filiam Caſſandram mori.
HEC. Abominor: tibi iſta ipſi tribuo haec habere.
POL. Interficiet ipſam huius vxor domi cuſtos acerba.
HEC. Abſit, vt furiat Tyndarei in tantum filia.
POL. Et hunc ipſum, bipennem ſuſtollens ſuperne.
HEC. Heus tu inſanis, et mala cupis adipiſci?
POL. Interfice, quoniam in Argis cruenta lauacra te manent.
AG. Non trahetis eum o famuli eminus vi?
POL. Doles audiens? AG. Non continebitis os?
POL. Concludite, nam dictum eſt. AG. Non quam celerrime
Ad inſulas deſertas ipſum eiicietis aliquo,
Qnandoquidem et minus hic loquitur audacter?
Hecuba, tu o miſera, gemina funera
Abiens ſepelito! Dominorum vero vos neceſſe eſt
Ad tentoria accedere, Troades: namque ventos
Ad domum iam hos ferentes video.
Vtinam in patriam feliciter nauigemus: vtinam bene ea, quae domi
Sunt, videamus, iſtis ſoluti laboribus!
CHOR. Ite ad portas, et tentoria amicae
Heriles experturae
Labores, dura enim neceſſitas.

EXCVRSVS I.

De Euripidis Diſceſſionibus in effingenda Fabulae quam Hecuba inſcripſit Hiſtoria.

Inter praeſtantiſſimas Tragicorum reliquias ſuperſtites etiam fabulas Euripideas eſſe referendas, id a nemine, qui Muſarum Graecarum veneres vel primis labiis deguſtauerit, in dubium vnquam vocatum iri exſiſtimo. Siue enim ad orationis flumen atque puritatem reſpicias, ſiue mirum in ciendis animi adfectibus artificium ſpectes, ſiue lepidiſſimas, quas dialogo intexuit, ſententias morales vitaeque praecepta cogites, vbique ſummum poetam acutiſſimumque ingenii humani obſeruatorem facile agnoſces. Haud quidem me fugit, multos eſſe, qui verborum vbertate poeticaque audacia Aeſchylo, orationis vero maieſtate atque dignitate Sophocle inferiorem putent Euripidem noſtrum: quorum ſententiae tantum abeſt, vt me opponam, vt potius meum ipſius calculum ei adiiciam. At enimuero, quem fugiat ingeniorum diuerſitas fortunaeque in iis effingendis poteſtas? Quis neſciat diuerſas animi dotes, quibus exornatus in rebus quibusdam vnus alteri excellere poteſt, dum ipſe ab eodem in aliis ſuperatur? Foret ſane iniquum, praeſtantia poetae vna tantum ex parte conſiderata, meritis alterius omne ſtatim pretium detrahere; et ſi quid ſentio, ille demum de iudicii dexteritate gloriari poteſt, qui ſcriptori, probe perpenſis vitiis eius atque virtutibus, palmam debitam porrigat. Vix cre-

credo, Euripidem in hoc certamine, vel in hac, de qua agimus, fabula, inferiorem eſſe diſceſſurum. Tanta enim in adumbrando triſtiſſimo ſane argumento vſus eſt feli- citate, tam viuidis Hecubae miſerrimae infortunia inui- ctamque Polyxenes animi nobilitatem depinxit coloribus, vt vel hominem omnis boni atque venuſti ſenſus exper- tem huius fabulae lectione emolliri poſſe contendam.

Exciderem ſcopo praefixo, ſi in exponendo quem ſecutus eſt poeta, argumenti ordine characterumque pi- ctura diutius verſari vellem, quum mihi diuerſas veterum narrationes de hiſtoria, quae in hoc dramate fundamenti loco ſubiacet, excutere propoſitum ſit. Decedo itaque inuitus licet e campo amoeniſſimo, praecipuas Euripidis in fabulae ſuae hiſtoria, ab aliis ſcriptoribus diſceſſiones breuiter expoſiturus.

Primus, qui in hoc dramate nobis occurrit, eſt Po- lydorus, minimus Priami ex Hecuba filius, quem pater, ſaluti eius metuens, clam ad Polymeſtorem Thraciae re- gem ſibi amicum eumque hoſpitem cum multo argento miſerat, vt futuro Troiae ſuorumque excidio ſuperſtes eſſet. Expugnato Ilio atque vaſtato, Polymeſtor auri fame correptus puerum obtruncat et in mare abiicit, cuius corpus a fluctibus agitatum et in littus eiectum, moranti- bus tunc temporis in Cherrhoneſo Achaeis, a ſerua Troa- de reperitur et ad dominam matremque Hecubam ad- fertur. Sic rem narrat *Euripides* v. 1 - 30. et 678 - 685. eumque ſecutum videmus *Virgilium* in Aeneid. L. III. v. 45 - 55. cum *Ouidio* in Metamorph. L. XIII. v. 430 - 440. in eo tantum a noſtro diſſentiente, quod ibi v. 537. ipſa Hecuba

Adſpicit eiectum Polydori in littore corpus
Factaque Threiciis ingentia vulnera telis.

Paulo aliter litteris conſignauit fata Polydori *Dictys* Cretenſis, ſeu quisquis confecerit libellum ſub nomine eius vulgatum, qui

Priamiden a Graecis ante ipſa Troiae moenia lapidibus obrutum et ab rege Idaeo matri Hecubae reportatum tradit cap. XXVII. Diſcedit a Dictye *Hyginus*, apud quem Polymeſtorem pro Polydoro ſuum ipſius filium Deiphilum occidiſſe, ipſumque Thraciae regem poſtea a Polydoro luminibus priuatum et interfectum eſſe legimus fab. CIX. Ab vtroque diuerſus eſt teſtis in hac re grauiſſimus, *Homerus*, ſecundum quem Polydorus Priami fuit ex Laothoe filius, Il. XXII. v. 46-48. ipſo ſub Troiae moenia certamine ab Achille telo transfixus, Il. XX. v. 413. Fuere quidem, qui hunc Laothoës Polydorum ſpurium tantum Priami filium et ab Hecubae eiusdem nominis filio probe ſecernendum eſſe credidiſſent, cui ſententiae inter alios etiam fauit *Hederich in Lexico mythologico Lipſ.* 1770. *p.* 2046. At quo minus haec opinio veritatis ſpeciem mentiri poſſit, impedit adcuratior Polydori in Homero et Euripide deſcriptio. Vterque poeta eum natu minimum inter Priami filios adpellat: *Il.* XX. 409. *μετὰ πᾶσι νεώτατος ἔσκε γονοῖο.* *Hec.* v. 13. *νεώτατος δ᾽ ἦν Πριαμιδῶν*: vterque Priamo eum cariſſimum fuiſſe adfirmat, Hom. l. c. *καὶ οἱ* [*Πριάμῳ*] *φίλτατος ἔσκε*, Hec. v. 4-12. ita vt alterutrum neceſſario a veritate deflexiſſe ſtatuendum ſit. Quodſi vero in vtriusque ſcriptoris *ἀξιοπιϛίαν* adcuratius inquirimus, *Euſtathiique* ſcholia ad l. c. Homeri conferimus, in quibus legitur: *ἰϛέον δὲ, ὅτι ὁ μεν Ομηρος Πολυδωρον οἶδε τοῦτον Πριαμίδην νεώτατον ἐν πολέμῳ πεσόντα. Οἱ δε μεθ᾽ Ομηρον, ἐν οἷς καὶ Ἐυριπίδης, ἄλλα περὶ Πολυδώρου θρυλλοῦσι, καὶ ὅτι ὁ μεν παρὰ τοῖς ἄλλοις Πολυδωρος Πριάμου ἦν καὶ Εκάβης κ. τ. λ.* tunc prono alueo ſententia fluere videtur, Hecubae Polydorum, ſiue totum deberi Tragicorum ingenio, ſiue, quod verius puto, iam a cyclicis celebratum fuiſſe poetis, e quibus demum ſequioris aeui ſcriptores ſuas de Polydoro narrationes effinxiſſent et adumbrauiſſent.

Poſt fata Polydori ſtatim in *Euripidis* Hecuba conſideranda venit Polyxena eiusque ad Achillis ſepulcrum immolatio: vbi ante omnia notandum eſt, Pelidae tumulum a poeta noſtro transferri in Cherſoneſum Thraciae, cum ex omnibus, quos conſulere licuit ſcriptoribus, conſtet, exſtructum fuiſſe illum ab Achaeis in Sigaeo promontorio. Teſtes habemus, *Ciceronem* in orat. pro Archia c. X. aliumque omni fide digniſſimum, *Strabonem* Geographum, qui ſuo adhuc tempore Achillis tumulum in Sigaeo exſtitiſſe ſcribit L. XIII. p. 89. ed. *Almeloueen.* τοῦ μὲν Ἀχιλλέως καὶ ἱερὸν ἔςι καὶ μνῆμα πρὸς τῷ Σιγαίῳ. Πατρόκλου δὲ καὶ Ἀντιλόχου μνήματα. καὶ ἐναγίζουσι οἱ Ἰλιεῖς καὶ τούτῳ καὶ τῷ Αἴαντι. Idem fere, Achillis nempe et Patrocli reliquias in vrna aurea conditas iacere in Sigaeo, teſtatur *Fl. Philoſtratus* in vita Apollonii L. IV. c. 16. ſecutus *Homerum* in Od. Ω. ψ. 74. ſeqq. qui χρύσεον ἀμφιφορῆα, Vulcani opus

Ἐν τῷ τοι κεῖται, λεύκ᾽ ὄςεα, φαίδιμ᾽ Ἀχιλλεῦ
Μίγδα δὲ Πατρόκλοιο Μενοιτιάδαο θανόντος.

ab Achaeis in Helleſponti littore defoſſum et monumento ornatum fuiſſe cecinit. In Rhoeteis littoribus ſitum fuiſſe tumulum Achilleum, docet *Seneca* in Troad. v. 1121.

Tumulumque Achillis. Huius extremum latus
Rhoetea leni verberant fluctu vada.

quo vero in loco vel metro aliquid tribuendum cenſeo, vt Rhoetea littora pro Troianis poſuerit poëta (fuit enim Rhoeteum, vrbs Troadis, hodie *Cap - Barbieri* dicta) vel Tragicum lapſum eſſe exiſtimo, cum iſta vada non Achillis, ſed Aiacis ſepulcro illuſtria fuiſſent. Cfrtr. *P. Mela* L. I. c. 18. Ex omnibus hisce proborum ſcriptorum teſtimoniis de loco Pelidae cineres claudente ſatis conſtabit, eoque magis obſeruanda erit Euripidis a veritate hi-

 ſtorica

ſtorica diſceſſio. Cum enim ab illo v. 37. narratum legimus, Achillis idolum de neglectis inferiis conqueſtum, Argiuis in reditu Thraciam relicturis adparuiſſe, vltro ſequitur, ſecundum poetam vel ipſum Pelidae tumulum in Cherſoneſo ſitum, vel heroi iam ante Troiam ſepulto a popularibus ibi cenotaphium exſtructum fuiſſe. In vtraque fictione carpendus videtur *Euripides* et de interrupta auditorum illuſione in deformanda rei omnibus coaeuis ſuis notiſſimae veritate criminandus. At enimuero ſi totam Tragoediam adcuratius inſpexerimus, atque viderimus, ſcenam fabulae propterea poni in Cherſoneſo, vt amborum liberorum caede vno die audita maiori triſtitia adficiatur Hecuba, ſimulque Polymeſtor in medium produci queat, tunc facile veniam dabimus poetae, et ab omni temeritatis ſuſpicione eum liberabimus.

Polyxenam, Priami ex Hecuba filiam, *Apollod.* L. III. c. 12. §. 5. formoſiſſimamque fuiſſe virginem, quae non corporis ſolum venuſtate, *Dares* c. XII. qua ipſam forte Helenam aequare potuiſſet, *Dictys* L. II. c. 25. ſq. ſed nobili etiam animi ingenuitate atque celſitate, vid. not. ad v. 562. plerasque Troades ſuperauiſſet, de hac re omnes fere ſcriptores conſentiunt. Neque de immolatione eius, quod mihi notum ſit, veterum quisquam dubitauit praeter *Philoſtratum*, qui eam non ab Achiuis iugulatam fuiſſe, ſed ſponte ad tumulum accedentem, ad ſuum erga Achillem amorem ſignificandum ſtricto gladio incubuiſſe teſtatur, in loco mox laudando et in vita Apoll. L. IV. c. 16. Conf. *Auſon.* Epigr. Her. 26. Quae quidem narratio, quamuis ad Peliden tantum caedis inuidia liberandum compoſita videatur, mutui tamen amoris iniicit mentionem, quo Achilles et Polyxena ſe inuicem vario modo proſecuti dicuntur a veteribus. Tradit enim *Philoſtratus* in Heroic. c. XIX. n. 11. Polyxenam ex more Troiano, quo liberi natu minimi patrem comitabantur,

cum

cum Priamo ad Achillem eſſe profectam, vt de Hectoris corpore redimendo ageretur: Peliden amore Polyxenae captum nuptias ſibi pactum eſſe, hac conditione, vt ab Ilio deduceret Achaeos. Priamum diſtuliſſe nuptias, habente fidem Achille, et cum ad iuramentum ob iſtud negotium praeſtandum in templo Tymbraeo comparuiſſet, inermem a Paride inſidiis eſſe circumuentum. Sic fere etiam *Seruius* ad Aen. III. v. 322. niſi quod Polyxenam ab Achille, dum circa muros Troiae bellum gereret, viſam, adamatam et conditione pacis in matrimonium poſtulatam fuiſſe ſcribit. Simile quid refert *Hyginus*, fab. CX. anteceſſorum veſtigia premens, qui tamen adcuratius de hac re non agit. Huic tamen narrationi, quam dubiae tantum fidei auctores propoſuerunt, multa omnino aduerſantur argumenta. Primum enim vix accidere poterat, vt Priamus mori temporis ſui inepto et probabiliter ficto obtemperans adeo omnem prudentiae et verecundiae ſenſum exuiſſet, vt filiam tam formoſam in caſtra Graecorum ſecum ſumeret, quod *Homerus* certe ſilentio non praetermiſiſſet: neque Achilles, in ſumma licet moenium vicinitate obambulans, Polyxenam in turrium faſtigio ſtantem, propius intueri poterat; deinde imperatores exercitus, Agamemnon et Menelaus, Achilli iam infenſi, propter nouas nuptias ad pacem cum Troianis ineundam omnino vix commouendi fuiſſent. Caret praeterea commentum iſtud auctoris idonei fide: apud *Euripidem* certe, vt ad v. 612. docuimus, nuſpiam ad Achillis deſponſationem cum Polyxena reſpicitur, quamuis varia dramatis loca et inprimis moribundae virginis oratio egregiam huius amoris comminiſcendi occaſionem ſuppeditaſſent. Ex eadem hacce ficti amoris narratione fluxit nouum commentum, morientem nimirum petiiſſe Achillem, vt Troia deuicta, Polyxena ad ſepulcrum eius immolaretur: Calchas enim, ex Euripidis aliorumque fide, de voce in Pelidae tumulo audita conſultus, perſuaſit Achaeis, vt

 regiae

regiae virginis ſanguine iraſcentes manes delinirent. *Ouidius* tantum Achillem humo late rupta exeuntem minaci vultu edixiſſe canit:

Placet Achilleos mactata Polyxena manes.

Metam. L. XIII. v. 458. quod vel propterea eſt notandum, quia totum locum in reliquis adeo ex adumbratione Euripidea effinxit, vt in litore etiam Threiicio Polyxenam immolatam eſſe traderet. In digna huius immolationis repraeſentatione multi celebresque olim pictores artem ſuam exercuerant, teſte *Pauſan.* Phoc. c. XXV. p. 659. ed. Kuehn. Quae tamen apud nos circumferuntur imagines (in *Lipperti* Dactyl. Chil. ſec. 153 - 155. *Winkelmann.* monum. antich. ined. n. 144. p. 191.) Euripidis mentem non referunt.

Polymeſtor, ſeu, vt alii malunt, Polymneſtor, Thraciae rex, Priami ex Iliona filia gener, Polydorum adfinem curae ſuae commiſſum, dirutis Troiae moeniis, occidit, in mare abiecit atque auro ſuo potitus eſt, teſtibus *Euripide*, *Virgilio* in nobiliſſimo epiſodio *Aen.* III. v. 49. ſqq. et *Ouidio* l. l. v. 430. ſq. Aliter *Hyginus* f. CIX. qui Achaeos Priami prolem exſtirpaturos, Troia iam capta et Aſtyanacte de muro deiecto, legatos ad Polymeſtorem miſiſſe ſcribit, qui Electram, Agamemnonis filiam, ei in matrimonium pollicerentur, aurique magnam copiam, ſi Polydorum interfeciſſet: Thracem legatos non repudiauiſſe, ſed occidiſſe filium ſuum Deiphilum, quem Polydorum putabat. Diſcedit ab Hygino *Dictys*, qui eo tempore, quo Aiax Telamonius Cherſoneſum Thracicum infeſtauit, Polydorum mercedem pacis, Achaeis ad conciliandos hoſtium animos a Polymeſtore traditum et ab illis interfectum eſſe tradit. Huic tamen teſtimonio tota fabulae ratio repugnat.

Hecuba,

Hecuba, filia Dymantis, Thraciae regis, ex *Homeri* teſtimonio *Il.* VI. v. 718. Ciſſei, Thracum regis, *Aen.* V. v. 537. ſqq. ex *Euripidis* et *Hygini*, Sangorii fluminis ex *Appollodori* fide L. III. c. 12. n. 5. matre Metope, ſeu incerta, *Sueton.* Tiber. c. 70. forma egregia *Dar.* c. 12. mulierum caſtiſſima, *Hygin.* f. 256. fecunda Priami vxor, ob ſummas miſerias, ex ſuis, infantumque malis captas, immortalis eſt. Poſt vindictam a Polymeſtore ſumtam, cum Thraces reſciuiſſent, regem ſuum excaecatum eſſe, coeperunt eam perſequi et conantem in malum adſcendere, vt iſtic tuta eſſet ab ictu lapidum, deiecerunt et lapidibus obruerunt. Graeci lapides ab illa amouentes, canem repererunt et in hanc illam mutatam fuiſſe crediderunt. *Ouid. Metam.* L. XIII. v. 966. ſqq. Alii referunt, illam, cum captiua duceretur ab Vlyſſe, et cadauer Polydori agnouiſſet, flendo in canem eſſe conuerſam, cum ſe in mare praecipitare vellet. *Hygin.* f. 111. *Seru.* ad *Aen.* III. v. 5. Alii Hecubam propter conuicia in Achaeos effuſa, Carcheſio deiectam teſtantur. Hoc quidem extra omnem dubitationis aleam poſitum videtur, Hecubam, ob perpetuos fletus et lamentationes canem adpellatam et poſt mortem adhuc κυνὸς nomine inſignitam fuiſſe. *Cic. Tuſcul. Quaeſt.* L. III. c. 26. *Hecubam autem putant, propter animi acerbitatem quandam et rabiem, fingi in canem eſſe conuerſam.* Nouerunt adhuc *Strabo* et *Pollux* V. 45. Cherſoneſi promontorium, cui nomen Κυνὸς σῆμα, Hecubaeque tumulum in eo. Pompon. *Mela.* L. II. c. 2. *Eſt* in Helleſponto *et Cynoſſema, tumulus Hecubae, ſiue ex figura canis, in quam conuerſa traditur, ſiue ex fortuna, in quam deciderat, humili nomine accepto.* Ad Ἰλίου πέρσεως fidem Hecuba ab Apolline in Lyciam deducitur. *Pauſan.* X. c. 27.

Haec fere ſunt potiſſima fata perſonarum, quibus in fabula noſtra primas partes dedit poeta, ſcriptorumque in

illis enarrandis diuerſitates, quas hic curioſius excutere et copioſius dilucidare viſum eſt, non, vt res nouas in medium proferremus, quod hic vel poſtulare ridiculum eſſet, neque vt omnia ad iudicium ſeuerius reuocantes, hiſtorici partes ageremus, ſed vt velut in tabella depictum exhiberemus, quod in adornanda fabula ſua eligendum atque reiiciendum putauit poeta, dramati ſuo, quoad eius fieri potuit, vnitatem atque probabilitatem conciliaturus.

EXCVRSVS II.

De prologis Euripideis.

Quae *Donatus* aliique Grammatici de prologis diſputauerunt, ea non tam ad tragoediarum, quam comoediarum prooemia ſpectant. Diſtinguendum itaque eſt tironibus inter prologos comicos atque tragicos. Prologus comicus eſt praefatio quaedam fabulae, in quo vel poeta excuſatur, vel fabula commendatur, et cuius quatuor aiunt eſſe ſpecies: *συςατικὸν*, commendatitium, quo fabula, vel poeta laudatur: *ἀναφορικὸν*, relatiuum, quo aut maledicta aduerſario, aut gratiae populo referuntur: *ὑποθετικὸν*, fabulae argumentum exponentem, ſiue *μικτὸν*, omnia haec in ſe continentem. Quum *Ariſtophanes* careat prologis, omnia iſta ad prologos Plautinos et Terentianos exigenda ſunt. Ab his toto coelo differunt prologi tragici, primam dramatis partem conſtituentes, qua ea, quae fabulae actionem antecedunt, narrantur, perſonae et res obſcuriores illuſtrantur, ſpectatores autem ad res gerendas et potiora tragoediae euenta praeparantur. Debetur autem inſignis haec dramatis antiqui amplificatio *Aeſchylo*, qui teſte *Ariſtot.* poet. c. IV. p. 30. ed. *Harl.* *πρῶτος τὸν λόγον πρωταγωνιςὴν παρεσκεύασε*, primus inſtituit prologum. Quod quidem inſtitutum non vtile ſolum et commodum, ſed ad priſcam tragoediae oeconomiam omnino erat neceſſarium. Quum enim

enim poetae fabularum materiam ex mythis, maiorum commentis atque rebus geſtis deſumſiſſent, quarum ſcientia quidem nemini ciuium defuerat et quarum ignorantia potius turpitudine ciuili coniuncta fuiſſet, quae tamen propter inductos traditionis et poeticae adumbrationis colores diuerſas formas induerant: in prologo ante omnia oſtendendum erat auditoribus, quam narrationem in vſum ſuum conuertiſſet Tragicus et quibus limitibus dramatis auctor circumſcripſiſſet fabulae ambitum. Adparet exinde, quare *Aeſchylus*, cum argumentum exterum et minus tritum tractaret, vt in *Perſis*, argumentum vberius explicuerit in prologo, vt nimirum, animis ſpectatorum praeparatis, omnia facili et expedito ordine ſibi ſuccederent. *Sophocles*, perfectior iam et conſummatior poeta, prologos diſerte non praefixit fabulis ſuis: qui tamen *Trachiniarum* et *Philoctetis* initium adcuratius perlegerit, parum id a prologis noſtri diuerſum eſſe reperiet. *Euripides* autem omnia dramata ſua, ne *Iphigenia* quidem in Aulide excepta, vid. v. 49 - 114. ornauit prologo, vt ſummam argumenti paucis verſibus ante oculos poneret auditoribus, vt illos ad futuram tragoediae euolutionem praepararet, ne euentis inexſpectatis, ſubitaneis et violentis obruantur magis, quam moueantur, et vt Diis denique manibusque in medium prolatis, qui vel nutu res futuras vaticinarentur, maiorem dignitatem et reuerentiam conciliaret fabulae. Quum enim ea ſit generis humani conditio, vt res futuras, ex vaticinio eueniendas, etiamſi malas, maiori tamen cum admiratione videant, quam praeſentes bene conſtitutas (cfr. *Heyne* ad Virg. praef. T. II. pag. CXVI.), nihil aptius ſane eiusmodi prologis eligi poterat, tam ad poetam inflammandum, quam auditores commouendos. Nequeo itaque illorum ſententiae ſubſcribere, qui ſalua fabulae integritate prologos abeſſe poſſe ſtatuunt: qnodſi enim, prima hacce parte reſciſſa, integrum adhuc drama remanere exiſtimetur, mani-

manifeſtum eſt, rem ex noſtro magis, quam veterum ſenſu diiudicari. Ex his omnibus patet, quam parum Gallorum quorundam tribuendum ſit obiectionibus, qui prologis Euripideis, quod res in fabula gerendas antici- pent, ſpectatorem ea priuari voluptate contendunt, quae ex auida exſpectatione inopinatorum euentorum capi ſo- leat. Vide inmortalis *Leſſingii Dramaturgiam*, T. I. p. 81. ſqq. *Naſtii*, acuti Euripidis defenſoris, *obſeruatio- nes in rem tragicam Graecorum* §. 20. et ſi dignam puta- ueris, noſtram adnotationem ad verſionem Hecubae, pag. 87. ſq. Haec in praeſentia ſufficiant: copioſiorem de prologis Euripideis diſputationem, quibus ſingula luſtrare decreuimus, in aliam occaſionem reiicere cogimur.

EXCVRSVS III.

De Terra Somniorum matre.

Ὦ ποτνία χθὼν, Μελανοπτερύγων *μᾶτερ ὀνείρων*. Verſus decantatiſſimi, quibus ſomniorum horrore perter- rita nocturnas viſiones abominatur regia anus, *Terram* compellans precibus, quam cultu diuino ſaepius honora- tam legimus apud veteres. *Xenoph.* Cyrop. L. III. c. 3. p. 182. ed. *Thieme*, vbi de Cyro cum exercitu Aſſyriam ingrediente ſcribitur: *ἐκεῖ αὖ καὶ* Γῆν *ἱλάσκετο χοαῖς καὶ* Θεοὺς *θυσίαις*. *Philoct.* v. 391. *ὀρεστέρα παμβῶτα* Γᾶ, *μᾶτερ αὐτοῦ* Διός. Omitto nunc quaeſtionem, quare *Tellurem* inuocauerit Hecuba, cum Soli alias ſomnia enar- rare conſueuiſſent veteres, ex *Sophoclis* teſtimonio, Electr. v. 424. Ἡλίῳ *δείκνυσι τοὔναρ*, vbi Schol. *τοῖς γὰρ παλαιοῖς ἔθος ἦν, ἀποτροπιαζομένους τῷ* Ἡλίῳ *διηγεῖσθαι τὰ ὀνεί- ρατα*: id potius indagaturus, cur *Terram* poeta fingat matrem Somniorum, quae a *Nocte* ſola, ſine vllius con- cubitu progenita eſſe, nemo neſcit *Heſiodi* lector. *Theog.* v. 211. ſq. *τέκε δ'* Ὕπνον· *ἔτικτε δὲ φῦλον* Ὀνείρων, Οὐ- *τινι κοιμηθεῖσα θεὰ τέκε* Νὺξ *ἐρεβεννή*. Quae Scholia-

ſtes

ANAGNOSTIRIO

ſtes ad noſtrum locum explicandum attulit, ea ita fere ſunt comparata, vt riſum magis mouerent, quam deſiderio lectorum ſatisfacere poſſent. Μητέρα τῶν ονείρων εἶπε τὴν γῆν, ὅτι ἐκ μὲν τῆς γῆς αἱ τροφαὶ, ἐκ δὲ τῶν τροφῶν οἱ ὕπνοι, ἐκ δὲ τῶν ὑπνῶν οἱ ὀνείροι· τῆς γῆς ἄρα οἱ ὀνείροι: quod quidem eſt, Dialecticum explicare, non poetam. Repudiatis itaque illorum opinionibus, qui ex *Tellure* ſomnia pronata eſſe volunt, quia ex vmbrae terreſtris repercuſſu nox exſiſtat, obſcurorum phantaſmatum procreatrix, *Schol.* prior ad *Hec.* v. 71. ſeu quod ſecundum diuiſionem ſomniorum Homericam, *Odyſſ.* XIX. v. 565. ſqq. et Virgilianam, *Aeneid.* VI. v. 692. ſqq. in vera, ὀνείρους οὐρανίους, et falſa, χθονίους, inanes viſiones e terra proueniant, *Euſtath.* ad l. l. p. 713. l. 49. ed. Baſ. exinde poeticae adumbrationis originem deducendam eſſe puto, quod Orcus *Homeri*, in cuius faucibus haerebant Somnia, *Odyſſ.* XXIV. v. 12. in extrema Italiae occidentalis parte ſitus erat, vt itaque *Tellus*, vera inferorum et viſionum ſedes, ornate ſomniorum genetrix dici poſſet. Communis minimum obtinuit regionum Orientis perſuaſio, non ſpectra ſolum et phantaſmata, ſed auguſtiores etiam viſiones, אלהים 1. Sam. XXVIII. 13. e terra prouenire et eſcendere, ex cuius vſu forſan Euripides etiam locutioni ſuae venuſtatem et colorem addidit. Cui tamen haec aliena et longius remota videantur, illi per me me ſuſpicari licet, Terram, vmbrarum genetricem, ex poetica ratione Somniorum matrem adpellatam eſſe. Quidquid ſit, *Euripides* certe ob hanc fictionem ſugillatus eſt ab *Ariſtophane* in Ranis v. 1366. ſqq. Ω νυκτὸς κελαινοφαὴς Ορφνα, τίνα μοι δύςηνον Ονειρον πέμπεις ἐξ ἀφανοῦς, Αΐδα πρόσπολον, Μελαίνας νυκτὸς παῖδα, Μεγάλους ὄνυχας ἔχοντα;

EXCVRSVS IV.

De Ioue ſupplice.

V. 345. Πέφευγας τὸν ἐμὸν ἱκέσιον Δία, *effugiſti ſupplicationes meas*. Hanc interpretationem etiam a Scholiaſta commendari video: ἐκπέφευγας τὴν ἐμὴν ἱκεσίαν. Supplices aliique, qui enixe quid rogabant, per numen Διὸς ἱκεσίου auxilium implorabant, vt *Philoctetes* apud *Soph.* v. 484. νεῦσον, πρὸς αὐτοῦ Ζηνὸς ἱκεσίου, τέκνον πείσθητι. His repulſam dare, ſi adnui poterat precibus eorum, ſummum nefas exiſtimabatur. De aliis iisque multis Iouis cognominibus nota res eſt: notandum tamen videtur, ea ſemper a ſupplicum conditione precumque ratione originem traxiſſe. Iuuabit varias eius adpoſitiones, quantum ex Tragicorum lectione memini, huc adpoſuiſſe. Δία ἄνακτα habet *Aeſchylus* ex repraeſentatione Homerica, *Perſ.* v. 264. ξυνέστιον, *Agam.* v. 712. ἀλεξητήριον, *Sept.* c. *Theb.* v. 8. σταδαίον, v. 519. ἀγοραίον, *Eumen.* v. 976. ξένιον, *Agam.* v. 61. ἐφέστιον, *Soph.* *Ai.* v. 492. ἐπώμοτον, *Trach.* v. 1188. τροπαίον, v. 303. ἕρκιον, *Antig.* v. 487. ξύναιμον, v. 659. χθόνιον, *Oedip. Col.* v. 1605. quibus φίλιον, ἑταιρεῖον, aliasque facile addere poſſemus.

EXCVRSVS V.

De duplice fabulae actione.

Ad v. 654. Vnitatem temporis, loci et actionis inter praecipuas dramatis virtutes eſſe numerandas, neminem latet huius rei ſcientia vel mediocriter imbutum. Priorum alterutra ſi laeſa, aut minus anxie obſeruata ſit, ignoſci poterit poetae: contra vltimam ſi offenderit, nullo modo excuſandus eſt. Exinde patet, maximi momenti eſſe criminationem, *Euripidi* a multis acutiſſimis viris iniectam, quod nimirum in Hecuba adeo vnitatem actio-

nis

nis neglexiſſet, vt duplicem fabulam, Polyxenae immolationem et Polydori caedem in medium proferret. Huic argumento nouum inſuper addere poſſemus neruum, ſi Polymeſtoris excaecationem a fato Polydori ſeparantes, triplicem ſtatuamus dramati ineſſe actionem, quarum ſingula tragoediae materiem ſuppeditauiſſet. At enimuero, priusquam poetam τραγικώτατον tam turpiter lapſum eſſe pronuntiemus, ne quid temere ſtatuatur, duplex expedienda erit disquiſitio: primum, quale argumentum ſibi tractandum ſumſerit *Euripides*? deinde, num diuerſae narrationes iſtae inter ſe cohaereant et principi actioni ſubiectae ſint, nec ne. Atque hic vltro fluit ſententia, quod ad primam attinet quaeſtionem: exponi in hac fabula praecipuas Hecubae, regia dignitate paulo ante deiectae, calamitates et miſerias, quibus vno die ac loco opprimi atque percelli poterat. Hoc argumentum ſibi effingendum et adumbrandum propoſuerat *Euripides*, nec ab illo vnquam deflexit et in transuerſum abripi ſe paſſus eſt. Quod ſi autem hoc conſilio plures congeſſit euentus, vt regiam anum variis quidem aerumnis tactam videamus, animi tamen ſui praeſentiam et magnitudinem vbique admiremur, ſtudio hoc, et probante ipſo *Ariſtotele*, factum arbitror, qui *Poet.* c. XIII. δεῖ τὴν σύνθεσιν εἶναι τῆς καλλίστης τραγωδίας, μὴ ἁπλῆν, ἀλλὰ πεπλεγμένην, καὶ ταύτην φοβερῶν καὶ ἐλεεινῶν εἶναι μιμητικήν. Pari ſucceſſu ad alteram quaeſtionem reſponderi poterit. Polyxenae immolatio, Polydori in litus eiecti inuentio, Polymeſtoris aduocatio et occaecatio, omnia tam arcto vinculo coniuncta, tam egregie poetae ingenio ſubacta et conſilio totius fabulae ſubiecta ſunt, vt, ſi adcuratius perſpexeris, non niſi vnam actionem efficiant. Vid. v. 609. v. 877. 882. ibique notata. Immolata Polyxena, ſerua mittitur ad litus, vt lauacra marina adferat: ibi reperitur Polydori cadauer et adportatur: mater deſperabunda primum, ſtupet, plorat, effundit querelas, narrat Agamem-

noni iniuriam ſibi ab hoſpite illatam, capit vindictae conſilium, aduocat Polymeſtorem, quem inſidiis circumuenit, liberisque ſuis occiſis, luminibus priuat. His omnibus rite perpenſis, *Euripidem*, niſi defendi, excuſari tamen poſſe, mihi perſuaſum habeo.

EXCVRSVS VI.

Obiectiones quaedam redarguuntur.

Inter innumera *Reiskii* de literis Graecis merita, quae gratiſſima ſemper memoria recolet poſteritas, etiam *Euripidi* operam et ſagacitatem ſuam dicauerat vir eruditiſſimus. Donauit enim Tragicum noſtrum, praeter animaduerſiones ſuas, etiam obſeruationibus quibusdam in recenſu editionis Euripidis Patauinae (*Acta Erud.* a. 1748. p. 545. ſqq.), quas, cum ad Hecubam pertineant et vitia nonnulla perſtringant, quae in fabula hacce deprehendiſſe ſibi viſus eſt vir alias acutiſſimus, paucis attingere conſitui.

Perſequitur autem decem vitia a poeta in dramate noſtra commiſſa, quorum ſingula, vindiciis debitis ſubſtratis, hic commemorabimus. Adſirmatur I. *non obſeruatam eſſe loci vnitatem, cum ſcena ſimul in Aſia ſit et Europa.* Hanc criminationem iam ſupra diluimus Exc. I. vbi vel ex imitatione Ouidiana *Met. XIII.* l. mem. oſtendi potuiſſet, ſcenam fabulae in Cherſoneſo eſſe collocandam. Carpitur II. quod *Polydorus ante tres dies mortuus prologum recitet, cum Stygem ſemel transgreſſis redire non licuiſſet.* Nolumus hic diſputare, num opinio iſta iam aeuo Homerico obtinuerit? hoc autem obſeruare attinet, Polydorum nondum fuiſſe ſepultum, quapropter Stygem etiam tranſire non potuit. Perſtringitur III. poeta, quod *colloquium* v. 100. ſqq. *a choro longius et cum defectu omnis πάθους inſtituatur.* Sermonem chori optime eſſe adumbratum, ego mihi habeo perſuaſum:

ſum: narratur enim conſilium Achaeorum de immolanda Polyxena, quod coloribus et verborum fuco exornare omnino fuiſſet alienum. Obiicitur IV. *chorum non conſolari Hecubam.* Prudentius v. 146. hortatur dominam chorus, vt adeat templa et precibus hoc malum a filia auerruncet: in malis enim imminentibus neque conſolari alios, neque ſolamen accipere poſſumus. V. *Parum veriſimiliter fingi, quod Polyxenae caedes adeo breui pergi potuiſſet tempore.* Hoc argumentum melius occupauiſſet locum ſuum v. 1010 - 1020. Polyxena commode omnino poterat immolari, cum chorus v. 444 - 484. inter tibiarum flatus lento cantu et inceſſu quadraginta verſus recitaret eosque forſan repeteret. VI. *Frigidum eſſe Hecubae reſponſum* v. 774. Contrarium patebit ex nota ad h. l. (v. 773) VII. *Regis Thraciae aduentum improbabilem eſſe.* Vid. v. 951. et notata ad v. 941. ſqq. VIII. *Liberos Thracis conſilio, quod Hecuba v. 994. indicat, ineptos fuiſſe, quippe infantes.* Aetatem liberorum non vltra ſeptem vel octo adſurrexiſſe annos, exinde clarum eſt, quod manibus tenebantur a Troadibus v. 1144. Mandare tamen iam poterant memoriae propter aetatem auri defoſſionem, atque hoc ſolum fuerat Hecubae conſilium. IX. *Polymeſtorem caecum agnoſcere Agamemnonem, quem hactenus nunquam viderat.* Quis autem adfirmet, eum nunquam antea fuiſſe conſpectum a Thrace in Euripo et priuſquam adiret Troiam? et quam facile homines noti agnoſcuntur voce? X. *Fabulae initium triſte eſſe, finem laetiorem: ad quod genus fabularum itaque haec referenda ſit, non patere.* Num Polymeſtoris excaecatio et vaticinium de Hecubae transfiguratione et de caede Caſſandrae et Agamemnonis laeta ſint euenta, alii iudicent: vid. ad v. 1243. Hoc certe adparet, omnes iſtas obiectiones, ſi non dilui, tamen valde poſſe infirmari.

ERLANGAE
TYPIS KVNSTMANNIANIS

ANAGNOSTIRIO